


Ant. Rom.

366 m



~~Ant. Rom. 534 815~~

JO. LAURENBERGII

GROMATICA

qva
Jus TERMINALE & Finium regundo-
rum LEGES explicantur.

Accessere :

EPIGRAMMATA

continentia

Varias Historias, & Res scitu jucundas, ex
Græcis Latinisq; Scriptoribus depromptas & ex-
ercitationibus Arithmeticis accommodatas.

Cum Privilegiis.



Prostant apud DANIELEM PAULLI
Regium Bibliopolam.

554 I-2 in Antick Wit.

28

In Laurawien
GRONMATTICA

Jus TERMINALE & FINITIMUM
TUM LEGES explicans

EPIGRAMMATA

Varia Historiae & Resistorum
Graecis Latinisque scriptoribus de primis & c.

Com. P. P. P.



Pichard apud Danneberg P. P. P.
Regnum P. P. P.
P. P. P.



G R O M A T I C Æ

LIBER PRIMUS.

De Jugeratione.

CAPUT I.

Gromaticæ origo & principia.

MINENTISSIMA EST INTER MULTIPLES mensurarum actus ritusq; GROMATICÆ dignitas: cum certitudine enim dirigit humanarum divitiarum materiem; publicæque administra justitiæ, efficit, ut quod quisq; possidet, jure possidereprehendatur. Si prima ejus incunabula spectes, infamis genetricis gloriosa est soboles. Peperit enim eam Avaritia, habendi Amore illegitimè mixta, cum ferrea ætas Pudorem Fidemq; è terris fugasset. Tunc incognita prius litigia. Possessionis nomen invenerunt; tunc orta de Terminis prælia ac cædes, arti huic precium primum dedere. Quantâ verò cum sui ignorantia ferrei seculi homines modum agri inquisivere, qui modum suis cupiditatibus statuere nesciebant! Si totius Terræ enormis moles punctum est, quantillum censere potuissent unius homuncionis vi occupatum hærediolum? aut quo mentis furore puncti hujus punctulum, per jugera, centurias saltusque mensurati sunt? & ἀλομον illud ferro ac flamma inter se partiri terminareq; sustinuerunt? Sed vicit Necessitas, Justitiæ

A

tia

tiā opem latura, & in subtile artificium evexit magna ve-
 saniā extortum remedium. Hisce gradibus primus venit
 Gromaticæ honos, & cum ætate paullatim crevit artis ex-
 istimatio.

Quòd si principia ejus inquirere lubet, non ex quo Fu-
 rori, sed ex quo utilitati & commodis hominum inservire
 cepit, ab Ægyptijs illa repetenda sunt, qui propter aug-
 menta Nilotica, quæ singulis annis votivâ inundatione
 patiuntur, ad dimensionem terræ, & recuperandas fini-
 um formas transtulerunt; ut fieret arte distinctum, quod
 litigiosæ confusio*n*i videbatur obnoxium. Nilus enim flu-
 vius annuâ abluvione variè transformat terram Ægypti-
 am, frequentesq; parit inter vicinos controversias, quæ
 non aliter quàm per Geometrica præcepta componi pos-
 sunt. Hinc artis suæ principium deducit Heron Geodætes
 cum inquit; ἡ ἢ τῆς μετρήσεως ὀπίνοια εὕρη) ὡσαύτῃ Αἰγυπτίοις.
 Διὰ γὰρ τὴν ἔ Νείλου ἀνάβασιν πολλὰ χωρία φανερὰ ὄντα, τῇ ἀνα-
 βάσει ἀφανῆ ἐγίνοντο. πολλὰ ἢ καὶ μετὰ τὴν ἀπόβασιν· καὶ οὐκ ἔ-
 πι τὴν δυνατὸν ἕκαστον διακρίνειν τὰ ἴδια. Διὰ τῆτο ἐπενόησαν οἱ αἰ-
 γύπτιοι τὴνδε τὴν μέτρησιν. Ob hæc Nili inundationes Ægypti-
 orum regem Sesostrin agrimensorum operâ usum esse,
 indeq; Artem ad Græcos pervenisse, discimus ex Herodo-
 to in Euterpe: ὁ ἢ ἐπεμπε τὰς ὀπισκεψομύνας καὶ ἀναμετρήσαν-
 τας, ὅσω ἐλάσσων ὁ χώρος γέγονε, ὅπως ἔ λοιπὸν κτ' λόγον τὴν τεταγ-
 μύνης ἀποφορῆς τελεί. δοκέει ἢ ἐμοὶ ἐντεῦθεν γεωμετρική εὕρηθεῖσα
 εἰς τὴν ἑλλάδα ἐπανελθεῖν. Neque Nili tantum ea est inunda-
 tio, sed nostro etiam seculo non insolentes sunt alluvio-
 nes, in prædijs quæ ripis fluminum terminantur: ita ut
 eorum incerta sit possessio, incertum dominium: Nam
 quod hodiè possidetur, nonnunquam altero die vicini
 fundi dominio in alteram ripam translatum acquiritur.
 Unde lex de Alluvionibus lata; Et Theodosius ac Valenti-
 nia-

nianus A. A. Cyro P. P. Orientalium, super hac re edictum dederunt, ut Agrimenforum iudicio causæ istiusmodi componerentur. Similiter Arcadius A. literis ad Neoterum P. P. O, CL. V. sanxit, ut terminales controversiæ sub fidei arbitratione iudicum, artis Gromaticæ peritis committerentur.

CAPUT II.

Limitum origo, differentiæ, signa.

SCopus Gromaticæ est, *Limitum legitima directio*. Limes est, quidquid in agro operâ manuum factum aut ordinatum est, ad observationem finium. Nomen obtinuit à limo, quâ voce Antiqui Transvorsum significabant: unde & *limum cinctum* dixere, quòd ea vestis purpuram transversam & flexuosam haberet: & *limis oculis* intueri dicitur, qui trāsversa tuentibus hircis adspicit: & *limē* quoq; quòd ingredientibus aut exeuntibus sit transversum. Primus litem constituit Jupiter, cùm Hetruriæ terram sibi vendicasset. Sciens namq; hominum avaritiam & terrenam cupidinem, metiri campos iussit, terminisq; omnia scita esse voluit: Etenim

*Ante Jovem nulli subigebant arva coloni,
Nec signare quidem, aut partiri limite campum,*

Fas erat. At postquam

Sub Jove mundus erat, cùm ferrea venerat ætas;

Paulatim fugere pudor, Verumq;, Fidesq;:

Communemq; prius, ceu lumina Solis & aura,

Cautus humum longo signavit limite Mensor.

Sunt qui Silvanum primum lapidem finalem posuisse dicunt, & ob eam rem à Rusticis divinum honorem fuisse adeptum.

deputum. Plutarchus in quæst. Rom. Terminos à Numâ Pompilio constitutos fuisse ait, ut essent ὡς Ὀπίσκοποι Φιλίας καὶ εἰρήνης, *custodes & tutores amicitia & Pacis*. Etidem Plutarchus ὄρον vocat δεσμὸν διωάμεως, εἰὰ φυλάτῃη) μὴ φυλατόμῃον ἢ, τὴ ἀδικίας ἔλεγχον.

Antiquissimam sane limitum ponendorum fuisse consuetudinem, ex Homero elucet, apud quem, Iliad. ψ. Minerva

ἀναχαιοσαυρήνῃ λίθον εἶλετο χερσὶ παχείῃ
 Κεῖυλον ἐν πεδίῳ, μέλανα, τρηχυῶτε, μέγαν τε,
 Τὸν ῥ' ἀνδρες πρῶτεροι θέσαν ἔμμελαι ὄρον δέξεως.

Quod ita expressit Virgilius lib. 12. Aenæid.

Saxum circumspicit ingens.

Saxum antiquum, ingens, campo qui forte jacebat

Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

Magnâ certe curâ, superstitionisq; industriâ Antiqui limites constituebant: id sollicitè operam dantes, ne sine mundi ratione, aut à cœli plagis diversi incederent. Quæ superstitio ab Hetruscorum aruspicum disciplinâ primò manavit. Hi enim orbem terrarum in duas partes, secundum solis cursum diviserunt, Dextram appellantes, quæ septentrioni subiacet; sinistrâ, quæ tendit ad Meridianum. Alterâ autem lineâ ortum & occasum spectante, Anticam, & Posticam definiverunt. Ab hoc antiqui mensuras agrorum normalibus longitudinibus incluserunt, duosq; constituerunt limites primarios; Unum qui ab Oriente in Occidentem dirigeretur, quem appellarunt D. I. hoc est *Decumanum Primum*: Alterum à Meridiano in septentrionem, quem K. I. seu *Kardinem Primum* indigetarunt: Reliquos angustiores, & jam dictis parili interstitio currentes, Prorsos & Transversos vocarunt: Prorsos, qui Orientem spectabant; Transversos, qui Meridianum. Progressu autem

tem

tem temporis, labascente paulatim curiosâ nimis superstitione, relictâ cœli ratione, mensuram constituerunt, quâ tantum modus centuriarum & longitudo constaret. Itaq; positum agri sequuti, quâ is longior erat, Decumanum; quâ strictior, Kardinem fecerunt. Cujus similitudine & exemplo, cujusvis agri basin, sive latus in longitudinem protensum, Decumanum; & quod illi ad normam erigitur, cardinem licebit appellare.

Cæterum, diversi casus & accidentia diversas pepererunt Limitibus nomenclaturas. Nam *Actuarius* limes vocatur, qui primus actus est, & ab eo quintus quisq;, quem si cum primo numeres, erit sextus; quoniam quinque centurias sex limites includunt. Reliqui inter hos medij, *Lineares* appellantur, & *Epipedonici*, ac *subruncivi*. Termini in *solutum* positi dicuntur, quos nulla habita celi ratione, nullis adfixos conditionibus ad placitum ponunt finitores. *Comportionales* sunt, qui intra possessionum fines inveniuntur: *Consortales*, inter consortes æquis legibus divisi. *Reprobi*, inæquali vorfurâ cancellati. *Cursorij*, in effigiem tutuli constituti, rectitudinem tenentes, & inter se spatium habentes *Bifurcij*, qui & *samartia*, & *samardaci*, bifinium constituentes. *Colubrini*, in proserpentis bestię imaginem flexi. *Gammati* & *Regammantes*, transversâ & perpendiculari recturâ ad litteræ Γ formam incedentes. *Cuneati*, ex latiore facturâ surgentes in apicem. *Tesselati*, sparsim ac vermiculatim positi ac collecti. *Diagonales* & *Hypotenussales*, qui per plana camporum dorsa transversim tenduntur. Sunt etiam limites *Quintani*, *Sextanei*, *Nonani*; quibus centuriarum modus, aut situs ad diei horas appellationem dedere.

Terminis hisce Possessiones finiuntur. Est verò multiplex terminorum materia, variaq; signa, quibus aut publice

blicè insigniuntur, aut moti perditivè, aut incerti facti ad recognitionē veniunt. Nonnullæ regiones pro terminis utuntur arboribus antemissis, cicatrice aliquâ notatis, supercilijs, vepribus, rivis, viis, fossis, botontibus, orcis, lagenis, sarcophagis, in quibusdam observant palos picatos, aut congeries lapidum, quos scorpiones appellant; aut in specie maceriarum congesta faxa, quas vocant attinas, aut vertices amphorarum, aut imbrices, aut glareas fluviales, aut laterculos, aut silices in coxis seu vorfuris, & longioribus spatijs. In nonnullis locis, marginibus tanquam pulvillis limites designantur: In nonnullis aut cineres, aut testas tufas, aut vitrea fracta, aut ossa subcensa, aut calcem & gypsum invenimus. Plerumq; verò carbones; cujus certa ratio est, quòd in ijs quamvis tanta sit infirmitas, ut ictu levissimo frangantur, pressu facillimo conterantur; tanta tamen firmitas est, ut nullo humore corrumpantur, nullâ ætate vincantur.

Termini ita erecti & vegeti, non tantum extremitates possessionum designant, sed etiam sigillis suis ingenium loci, ac res ad dominium spectantes patefaciunt. Nam termini transpertusi, subcavi, subcumbi, facti è lapide tornatili, lapide dispecto, dolatili, cromatili, cæsali, filicino, ignifero; termini decussæ, incisuram, fossulam, plumbum aut stannum epitheticum, seu massatium fabricatum habentes; termini brancâ lupi, aut capite aquilino, aut unguâ bifidâ, alijsve signis notati, peculiare aliquid, & ad fundi proprietatē pertinens, significant: Quorum enodationem Innocentius de casis litterarijs, Vitalis, Arcadius, Mago, Vegoja, Latinus, Myrfontius, Faustus, Valerius, Dolabella, alijq; finium regundorum artifices ac scriptores nobis tradiderunt.

Cùm igitur tantâ religione limites constituentur, tan-

tâ

tâ diligentia custodiantur; non mirum est, adeò severas latus fuisse leges in violatores effosoresq; limitum, eosq; extremo supplicio dignos judicari. Hæc enim firma est sanctio in lib. 5. Sentēt. Paul. Qui terminos effodiunt, aut exarant, arboresve terminales subvertunt; siquidem servi suâ sponte faciunt, in metallum damnabuntur: humiliores in opus publicum, honestiores in insulam, amissâ tertiâ parte bonorum, damnabuntur. Vegoja Arruntius, non privatas tantum pœnas excussori limitum denunciat, sed publicas quoq; calamitates & infortunia universæ genti prædicat, apud quam dati termini violantur. Ita enim inquit: Si qui contigerit moveritq; limites, possessionem promovendo suam, alterius minuendo, ob hoc scelus dānabitur à Diis. Si servi faciant, dominio mutabuntur in deterius: sed si conscientia dominicâ fiet, celeriter domus extirpabitur, gensq; omnis ejus interiet: Motores autem pessimis morbis & vulneribus afficientur, membrisq; suis debilitabuntur. Tum etiam terra à tempestatibus & turbinibus plerumque labemovebitur; fructus sæpè lædentur, concutienturq; imbribus atq; grandine, caniculis interient, robigine occidentur, multaq; dissensiones in populo fient: Propterea neq; fallax neq; bilinguis sis, disciplinam pone in corde tuo.

CAPUT III.

Agrorum conditiones, variaq; genera. Agrimensor. ejus titulus: qualitates: præmium.

Limitum finem & officium vidimus; ut per eos Regiones possessionesq; distingvantur, Regiones dicimus, intra

intra quarum fines magistratibus jus dicendi coërcendiq; est libera potestas. Possessiones, quod quisq; tuetur, & in quo jus suū servat. Ante bellum Punicum pop. Rom. bina dabantur jugera: ut refert Varro lib. 1. de re rust. cap. 10. Sic enim à Romulo primum divisa dicebantur viritim: quæ quòd hæredem sequerentur, hæredia appellarunt. Idem & Plinius testatur lib. 18 cap 2. Bina tunc jugera populo Romano satis erant, nulliq; majorem modum Romulus attribuit: quo servos paullò antè principis Neronis, contemptis spatij hujus viridariis, piscinas juvat habere majores. Et Juvenalis sat. 14. Tandem pro multis vix jugera bina dabantur Vulneribus. Posthinc, crescente habendi amore, cùm tantillo dominio non contenti cives militesq; Romani longè majores terras occuparent; non quòd colere eas possent, sed quantum in spe colendi reservabant; Grachus legem tulit, ne quis in Italia plus quàm ducenta jugera possideret. Intelligebant enim contra jus esse, majorem modum possidere, quàm ab ipso possidente coli posset. Camillus autem quingenta jugera populo concessit. Monet etiam lex Agraria, ne modus major fiet, quàm quantum unum hominem ex lege plebeive scito sibi sumere liceret. Neq; enim sapientis est, possidere velle, cùm colere non possis.

Ad conditiones agrorum quod attinet, diversas eas esse, plerisq; etiam remotis à professione nostrâ hominibus notum est. Fiunt enim aut casibus bellorum, aut utilitatē populi, aut ab justitiâ inæquali.

Duo autem in conditionibus agrorum considerantur: *Æstimum ubertatis*, & *Cultellatio*: quorū illud adventitium est, nec ad Geometricæ Artis usum requiritur: hæc Finitori non omninò negligenda. Ubertatis æstimum in eo consistit, ut perpendatur, an fertile solum fœcundumq; sit,

fit,

lit, an verò amarum & incertum: an ubertate luxuriantes glebæ adsint, an verò canabulæ & novercæ. Juxta hoc æstimium & agrorum bonitatem veteres computatione factâ acceptas partiti sunt. Melioris namq; agri minorem modum assignarunt. Et hoc sedulo observari voluerunt Finitores. Unde Heron Geodætes modo agri uberis attribuit perticas decem, amari autem perticas duodecim. Et Pediasimus arvum pingue jubet metiri *ένδεκασκιθάμω όργυά:* reses autem *μείζονι ή ένδεκασκιθάμω.* Et hæc pertica pro agris incultioribus vocatur *ύποβόλων ή όργυά.*

Cultellatio fit, cum mente decisus & adæquatis tumo-ribus, clivorum inæqualitatem planam esse cogitamus. Atq; hanc æqualitatem, nobis ratione seminum Natura ipsa monstravit. Siquidem è terrâ quidquid nascitur, in erectum exit, & illam soli inæqualitatem crescendo atterit, nec majus occupat spatium, quàm si è plano nasceretur. Neq; seminum tantum, sed & ædificiorum exemplo hæc cultellandi ratio manifesta est. Ita enim Polybius histor. lib. 9. *Εί τις τας εις ύψθ ανατεταμύας εν τεις κλίμασιν οικίας, ετως ωσε πάσας ισουψεις ύπαρχειν, φανερον ως ενος ύπιπέδου γεομύας τθ κτ' τας τέγη των οικιών, ίσον και ωρθό ληλον εσαμ τθτ των τεις λόφοις ύποκειμύων, και τεις των τειχών θεμελίσις ύπιπέδων.*

Multiformes agrorum affectus, & variaq; genera enumerare supervacuum est. Desierunt enim pleræq; cum nominibus qualitates. Nam Arcifinalem agrum dixerunt, quem quisq; Virtute occupavit, arcendo vicinum: seu qui certis linearum mensuris non continetur, sed arcentur fines ejus objectu fluviorum, montium aut arborum. Tetragonij, verò, Cultellati, Tessellati, Normales, Epipedonici agri qui sint, ex paulò superiùs commemoratis de limitibus elucescit. Caterùm qui Agrorum dimensiioni centuriationiq; præsumt, Agrimensores vocantur, B seu

seu Adsignationis ac Divisionis Auctores, ac Conditores finium, seu Finitores: peculiariter autem Artis Gromaticæ professores: cui appellationi originem dedit Groma, quod Felto & Isidoro auctoribus, genus est machinulae, qua regiones agri cujusq; cognoscuntur: Græci *γώμονα* vocāt. Suntq; Gromatici, Juris Mensorij consulti: quorū sententiæ & opiniones eam tenebāt auctoritatem, ut dato finibus regūdis judici sive arbitro recedere à sententiā eorum non liceret. Cicero I. Agrar. Finitorem mittant: ratū sit quod Finitor illi à quo missus exit, renūctiaverit, Et Plato, *τῶν ἢ καὶ ἀπάντων τῶν κριστῶν ἴση γνώμονες τε καὶ δικαστὴ ἢ τιμητὰ γινέσθων οἱ ἀρχονόμοι.* Vocantur etiam Arvales sodales lib. I. de offic. procons. *οἱ περὶ ὄρων ἀρχωνόμοι δικαστὴ.*

Cū autem plurimum intersit tum Reipubl. tum privatorum commodis, ne quemvis è grege possessionum suarum arbitrum admittant, videamus quid in illo requiratur, & quibus præditus esse virtutibus debeat, qui Finitoris nomen meritò sibi usurpare volet. Id indicat Julius Frontinus lib. de limit. his verbis. In judicando Mensor bonus vir & justus esse debet; nullā ambitione aut sordibus moveri; servare opinionem meritis & moribus. Omnis artificij veritas nisi custodienda est, exclusis simultatibus, quæ falsa pro veris subjiciunt. Quidam enim per imprudentiam, quidam per avaritiam peccant. Totum hoc judicandi officium, hominem bonum, justum, sobrium, castum, modestum, & artificem egregium exigit.

Quamobrē honores non vulgares illis decreti sunt ab Impp. Theodosio & Valentiniano. Ita namq; in mandato ad Florentium P. P. O. scriptū invenimus: Ope atq; auxilio nostræ Clementiæ, de Magistris agrorum & geometriæ, vel finium regundorum, vel maximè de discipulis eorum curà magna sancimus, ut Spectabiles scribantur: & usque dum ptofessi fuerint Clarissimi scribantur. Mer-

Merces quoq; laboris & industriæ sub Honorarij nomine ipsis veniebat. Vlpian. l. 1. Non enim credebant inter talem personam locationem aut conductionem esse, sed magis operam beneficij loco præberi, & id quod datur, ei ad remunerandum dari. Statutum verò honorarium; præter pulveraticam, quodnam fuerit, ex decreto Impp. Theodosij, & Valentiniani AA. ad Numum, Magistrum officiorum manifestum est: Præcipimus igitur Agrimenforibus (inquiunt) ut pro vicissitudine laborum Geometricæ artis, fundo cui finem restituens, in trifinij rationem steterit, & convenientiam trium centuriarum ibidem esse signaverit, tres aureos accipiat, absq; suâ pulveraticâ. Quod si limitem direxerit, volumus ut per singulas possessionis uncias singulos aureos accipiat, pro intentione quæ inter partes sopietur. Falsorum autem Agrimenforum pœna ab iisdem Impp. hæc constituta est: Qui non fuerit professus, super hac lege sancimus damnari; Si sine professione judicaverit, capitali sententiâ feriatur.

CAPUT III.

Gromaticæ fundamentum, definitiones Geometricæ.

UT sine fundamento consistere nequeunt ædificia, ita nec artes sine principijs. Elementa certè Gromaticæ sunt definitiones è Geometrarum scholis petitæ, quarum adminiculo Mensurarum *actus* cognoscentur. Aguntur autem Mensuræ generibus tribus; per longitudinem, latitudinem & crassitiem. Hoc est, Rectum, Planum, Solidum. *Rectum* est, cujus longitudinem sine latitudine metimur, ut lineas, porticus, stadia, fluminum cursus, & si-

miliã. *Planum* est quod Græci *Πίπεδον* appellant; nos *Are-*
am, & superficiem, in quo longitudinem & latitudinem
 habemus; qua mensurã distinguuntur agri, ædificiorum
 sola, opera, tectoria, tabulæ. *Solidum*, quod Græci *στερεόν*,
 nos corpus & cubum vocamus, cujus longitudini ac lati-
 tudini crassities adiungitur, quo parietum structuræ, py-
 ramides, pilas, aut lapidum macerias metimur.

Omnis Mensurarum observatio & oritur & desinit in
 signo. *Signum* sive *Punctum* est, cujus pars nulla est. Hæc
 est omnium extremitatum finita contemplatio.

Extremitas est, quousq; cuiq; possidendi jus conces-
 sum; & quousq; quisq; jus suum servat.

Extremitatum duo sunt genera: unum, quod per ri-
 gores observatur, alterum quod per flexus.

Rigor est quidquid in agro mensori operis causa ad fi-
 nem directum fuerit: Quidquid in hujus similitudinem
 in formã scribitur, *linea* appellatur.

Flexus est, quod inter terminos inæqualiter currit.

Recta linea est, quæ inter suas extremitates est bre-
 vissima.

Circumferens, cujus incessus æqualiter à conspectu sui
 signi distat, *Flexuosa* est multiformis, veluti arborum, aut
 fluviorum, cæterorumq; signorum, quibus agrorum ex-
 tremitas finitur; & multorum similiter, quæ naturã inæ-
 quali lineã formata sunt.

Alternæ seu parallelæ lineæ sunt, quæ in eadẽ super-
 ficie locatæ; atq; utrimq; extensæ, in neutra parte concu-
 runt: sive quæ æquali interstitio à se invicẽ sunt sepositæ.

Angulus est duarum linearum in planitie se attin-
 gentium, & non in directum, positarum alterius ad alte-
 rû inclinatio. Atq; hic vocatur *Planus*. *Solidus* angulus est,
 cujus Planitie altitudo adjungitur aut æquatur.

Formæ

Forma seu *Figura* est quæ sub aliquo aut aliquibus finibus continetur.

Tria sunt Angulorum genera: *Normalis*, *Hebes*, *Acutus*. *Normalis* seu *Rectus*, qui fit ex perpendiculari: Quoties enim *Recta* supra *rectam* stans, circum se Angulos pares fecerit, *Rectus* est uterq; æqualium angulorum: & quæ superstat linea, ei cui insistit, *Perpendicularis* vocatur.

Hebes Angulus est *Normali* major, hoc est excedens Anguli *Recti* positionem: & quod *Triangulum* secundum hanc positionem constitutum fuerit, *perpendicularem* extra finitimas lineas habebit.

Acutus angulus est compressior *Recto*, qui si à *Rectâ* lineâ quæ sedis loco fuerit, *rectam* lineam secundum suam inclinationem emiserit, similiq; cohibitione *rectam* lineam in occursum exceperit, efficiet *Triangulum* quod *perpendicularem* intra se habebit. Omnium summorum seu *Planorum* observationes sunt duæ; *Enormis* & *Liquis*. *Enormis*, quæ in omnem actum *rectis* lineis continetur: *Liquis* quæ minuendi laboris causâ, & salva *rectorum* ratione angulorum, secundum ipsas extremitates subtenditur.

Circulus est plana forma sine angulo, sub unâ lineâ comprehensa, cujus extremitas paribus à medio radijs attingitur. Formæ ex plurium *circulorum* partibus sunt, *Harenæ*, aliæq; multæ in opere *picturarû* & *Architecturâ*.

Planarum *Formarum* *rectis* lineis comprehensarum, aliæ sunt *Trilateræ*, aliæ *Quadrilateræ*, aliæ singulis adjectis super hunc numerum pluralitate in infinitum.

Triangulum *Æquilaterum* est, quod tribus æqualibus lateribus cluditur: *Isosceles* quod duo tantum habet latera paria: *scalenum*, quod tribus constat lateribus inæqualibus

bus. *Quadrilaterarum* figurarum *Quadratum* vocatur, quod est æquilaterum & rectangulum: *ἑτερομήκης*, seu alterâ parte longius, quod rectangulum quidem est sed non æquilaterum: *Rhombus*, quod æquilaterum est, non rectangulum: *Rhomboides* quod ex adverso locatas líneas atq; angulos habet æquales: id nec rectis angulis, nec æquis lateribus continetur. Præter has, omnes quadrilateræ figuræ, *Mensula*, seu Trapezia nuncupantur.

CAPUT V.

Mensuræ Auctōribus Gromaticis peculiare.

Hæ sunt, atq; ex his compositæ formæ in Mensuris potestatem venientes: in quibus industriam suam & artis peritiam ut comprobet, tria scitu ipsi sunt necessaria. Primò *JUGERATIO*, hoc est Mensurarum adhibendarum legitima series & quantitas, earumq; per numeros inconfusa permixtio. Secundo *PODISMUS*, sive planitierum modus, & quantum quæq; superficies in areâ suâ comprehendat. Deniq; *CENTURIATIO*, hoc est, ducendorum limitum, & terminorum constituendorum artificium. Quia verò nec metiri agrum, nec adsignationem dare sine Mensuris possumus, operæpretium erit, varias mensurarum appellationes conferre ac definire. *Mensura* est quidquid pondere, capacitate aut animo finitur: sive cujusque intervalli finita longitudo.

Minima mensurarum pars est *Digitus*. Quidquid enim intra digitum metimur, partibus respondemus; ut dimidiam aut tertiam.

Uncia habet digitum & trientem. *Dodrans*, uncias 9. seu digitos 12.

Pes

Pes Porrectus, semipedes duos: vel pollices 4: uncias 12: digitos 16.

Pes constratus, semip. 4: palmos 16: uncias 144.

Pes Quadratus, semip. 8: pal. 72: unc. 1728: dig. 4096.

Cubitus, sesquipedem: dodrantes duos: pal. 6. unc. 18.

Gradus habet pedes duos & semissem.

Passus pedes quinque;

Decempeda, quæ & *Pertica*, pedes decem.

Actus, in longitudine pedes 120.

Stadium pedes. 625: passus 125.

Milliarium, passus mille: seu pedes 5000. stadia 8.

Hæc in rigore, seu recta lineâ definiuntur, In planicie autem quam *Aream* vocamus, *Pertica quadrata* continet pedes centum. *Candetum*, in arcis urbanis, centum; in arcis rusticis 150 pedes.

Actus minimus, in longit. 140. ped: in planicie 560 p.

Actus Baticus, qui & *Agna* & *Porca*, long. 80. lat. 15. plan. 1200. p.

Porcamis, in long, 80: lat. 30: plan. 2400. p.

Clima, long. 60. lat. 60: plan. 3600. p.

Versus, secundum Varronem continet quatuor versus 100. pedes: hoc est, in plano 10000 pertic. secundum Hygenum 8640. pert. *Tabula*, quadratas perticas 72: vel pedes 7200.

Actus quadratus long. 120 p: lat. 120. p: plan. 144000. p.

Jugerum quod *Castrense* vocant, long. 240. p: lat. 120. p: plan. 28800. p.

Meridianus ager comprehendit 25. jugera. *Jugarius* 50. jugera.

Centuriâ, est ager 200. jugerum: sic à centum jugeris appellatus, sed postea duplicatus pristinum nomen retinuit. *Centuriæ* autem non per omnes regiones ducenta jugera obtinebant: in quibusdam ducenta dena, aut quadra-

dra-

dragena: ita ut per decumanam aut cardinem ab lapide ad lapidē actus 24, & per alterum limitē actus 20 constituentur. Comperimus etiam in quibusdā locis, non viginti actus æqualiter per limites inter lapides datos: in Beneventano actus XXV. per decumanos, & actus XVI per Cardines. quā mensurā jugera ducentena quidem includuntur, centuriæ quadratæ non exprimuntur.

Saltus complectitur quatuor centurias, sive jugera 800.

Laterculus seu Plinthus, jugera 1250.

Non est inutile, hæc mensurarum genera, variasq; nomenclaturas pernovisse, quibus antiquiore seculo usi Mensores, artis suæ peritiam quoquo modo ostendebant. At verò cum nostra ætas ad Avaritiam & Malignitatem pronior (quæ primæ sunt Finium ponendorum genitrices) exactius postulet jugerationis magisterium, non contenta esse possunt curiosa ingenia veterum pedaturis, quibus multum negotij, plurimum erroris subesse deprehendet, cui lubitum erit eorum scripta & leges penitus considerare. Quin imo incertas fuisse, & consulto nonnunquam mutatas Perticas, ipsi rerum Gromaticarum scriptores confitentur. Ita enim Auctor de limitibus: Alij voluerunt ut pertica XLVIII palmorum esset, quæ ad manus duo decim pedes habet; Idcirco putamus ministeriales imperatorum majores in accipiendo, minores in dando mensuras habuisse. Et Pediafimus; In venditionibus, inquit, adhibemus minorem perticam; idq; jure communi, ut pauperum subveniamus egestati. Venditor namque emptore pauperior existimatur. In assignationibus autem majore utimur perticâ, ut acceptæ majoris emolumentum sint possessoribus.



CAPUT

Antiquarum Mensurarum ad exactioris Jugerationis artificium reductio, & incrementum.

Prætermiſſis Veterum menſuris, inconstantibus nimium & inordinatis, aliam producemus Menſurarum quantitatem & ſeriem, cujus certitudo comitem habet facilitatem & concinnitatem admirandam.

Adſumemus verò Pedis Geometrici modulum, tanquam certioſiorem, & varietati minus obnoxiam Menſurarum baſin. Siquidem unumquodque regnum, ac ditio- nes penè ſingulæ, indigenam ac peculiarem agnoſcunt pedis modum: quorum nonnullorum magnitudinem ac potiffimum diſcrimen adjecta tabella oſtendit.

Ex hiſce *Pes Geometricus*, quem hodie uſurpant Archi- tecti & Finium conditores, reliquis omnibus prætellit, tum ob ſtatam demenſamq; ejus determinationem, tum quia in denas partes, calculo accommodatiſſimas, & ſecatur & colligitur. Etenim ſi in longum promittantur decem pedes, *Perticam* ſeu Decempedam generant, diligenter illam & ſedulam artis Gromaticæ miniſtram.

Eadem *Pertica* ſi extendatur in latum, uſq; dum quadrati faciem expleat, ſuperficiem inde enatam, quaquavorſus æqualem, *Plæſium*, *πλαίσιον*, vocamus, cujus area *Plethrum* centum pedes conſtratos comprehendit. Latus autem unum *Plæſij*, in denos pedes exporrectum, latitudine unius Pedis, *Petalum* ſeu *Tabula*, *λοπίς*, rectè appellabitur.

Porro, *Pes Geometricus* uti per denas partes componitur, ita in totidem etiam diſſolvitur; ſingulæq; denæ

C

Polli-

Pollicem efficiunt: & hac ratione Pes quadratus centum cluditur Pollicibus. *Palmula* autem seu *ἰμάλιον*, est pedis quadrati decima portio, in gracilitatem speciemq; corrigiæ extensa. At verò accuratiora etiam magisq; exigua segmenta adhibet Artificum curiositas, unumq; Pollicem quadratum in *Lacinias* seu *Lamellas* decem; & hæc rursus in dena *Sitaria* dividit: Sic ut Pollex quadratus sitaria centum contineat: quæ distinctio licet diligentiam potius quàm utilitatem præ se ferre videatur, in amplis tamen superficiebus, quarum margines in longinquum extenduntur, non est omninò negligenda. Atq; hæc de epipedo seu superficie intelligantur, quæ magnum ferunt momentum ad exactum jugerationis æstimationem. Non minoris ponderis est solidorum consideratio, quæ ternas postulant mensuras, ut longo latoq; sublime seu profundum addatur. Quamobrem corp⁹ solidum hexaëdram, pedis magnitudine æqualiter assurgens, *Cubicum pedem*, seu *Cubum*, simplici nomenclaturâ appellabim⁹: quorum decem in directum digesti, longiusculum constituunt corpus, seu parallelepipedon prisma, quod *Asser*, seu *δοκίς* vocabitur, quia trabis seu transtilli imitatur figuram. Decem autem horum Asserum, seu cubi centum in quadrum strati, *scutulam*, *πλίνθον*, efficiunt: cujusmodi figuram habent lateres cocti, seu tegulæ pavimento sternendo adhiberi solitæ. Ulterius, ex decem scutulis κατ' ἐφάραστον compositis, *Pertica cubica* generatur, numerans in suâ soliditate Asseres centum, seu cubos mille. Porrò pes cubicus in millenas *Tessellas* scinditur, quarum denæ singulæ *Trabecularum* nomine venire possunt, & *σάμικες* appellari. Quod si decem Trabeculæ coassatione laterali compingantur, *Plinthium* seu *Laterculum* producant, cujus crassities unam, longitudo ac latitudo denas, totaq; amplitudo centum

tum

rum complectitur Tessellas. Atq; hæ partes peculiari notatione inter se distinguuntur: Et frequentissima Mensurarum Perticæ, tanquam genitrices sobolem suam præcedentes, ab ipsâ obelisco aut commate secluduntur: tum partes ponè scriptæ, ac legitimo ordine dispositæ (intermedijs, si quæ absunt, cyphrâ completis) non interrupta serie enuntiantur. Numerus autem ejus characteris aut signi esse dicitur, quod penes eum reperiuntur signæ numerales à perticis abscissæ.

In jugeratione autem, cùm supra denarium adscendit perticarum numerus, pro decem perticis in longitudine assumitur *Actus*, qui & *Arapennis* dicitur, continetq; in area perticas centum. Decem verò actus in longum extenti *Centuriam* in area complent, hoc est, centum Actus, seu perticas mille. Simili etiam ratione quâ pertica ad denarium proportionem in superficiebus dividitur, eâdem in minoribus numeris componitur: ita ut decem Perticæ quadratæ *Calamus* seu *Candetum*, decemq; Arapennes *Clima* constituent: eritq; ordo integer Mensurarum in decuplo decrecentium istiusmodi: In longitudine, seu series primæ dimensionis, *Centuria*, *Actus*, *Pertica*, *Pes*, *Pollex*. In areâ, seu series secundæ dimensionis: *Centuria*, *Clima*, *Actus*, *Calamus*, *Pertica*, *Petalum*, *Pes*, *Palmula*, *Pollex*. In solido, seu series tertiæ Dimensionis: *Pertica Cubica*, *scutula*, *Affer*, *Cubus*, *Plinthium*, *Trabecula*, *Tessella*. Exemplum in longitudine: Octo Perticæ, duo pedes, sex pollices, quatuor grana, ita notantur, 8, 264. Sic 586, 423. ita enuntiantur; Quinq; centuriæ, octo actus, sex perticæ, quatuor pedes, duo pollices, tria grana. In plano: 258, 7364: hoc est; duo actus, quinq; calami, octo perticæ, septem petala, tres pedes, sex palmulæ, quatuor pollices. In solido; 8, 325479. Octo perticæ cubicæ,

tres scutulæ, duo asseres, quinque cubi, 4. plinthia, septem trabeculæ, 9. tessellæ.

CAPUT VII.

Calculus Gromaticus.

Nunc porrò, quo ordine ac modo hisce partitionibus utatur artifex industrius, breviter dispiciam⁹. Potissim⁹ Arithmeticæ labor in eo consistit, ut numeri justâ lege augeantur aut minuantur. Id autem fit, cum vel junguntur vel separantur simpliciter, vel cum multipla eorum aut partes aliquotæ ad requisitam rationem sumuntur. Hinc quatuor illæ famosiores enascuntur Arithmeticæ partes, quarum duæ, additio & Multiplicatio numerum augent; reliquæ, subtractio & Divisio, minuunt. Crescentibus igitur aut decrescentibus mensuris, & veluti inter se coëuntibus, diversæ procreantur Mensurarum species. Adhibentur autem vulgaris & usitatus in Arithmetica operandi modus, ac præter eum pauculæ adservantur appendices. In simplici quidem ratione, cum ad mensuram additur Mensura, aut minor mensura à majore aufertur numeri minimæ mensuræ character retinetur. In multipla autem compositione, planus numerus (hoc est, ex ductu duorum inter se numerorum procreatus) characterem habet ex utriusq; lateris caractere compositum. In Divisione, Quotiens notam habet, quam signat divisoris notâ à dividendi abstracta. In Extractione Radicis quadratæ observetur, ut signum numeri par sit, aut additione unius cyphræ par fiat: & Radix dimidium habeat signi quod habuit numerus è quo Radix fuit eruta. In Extractione Rad. Cubicæ, signum tale sit, ut à ternario exactè dividi queat. Secus si est, adjectione unius aut duarum cyphrarum tale fiat:

fiat:

fiat: & signum Radicis triens sit signi ejus, quod habuit numerus Cubicus. Universim autem notetur, quod abscissis à numero dato tot figuris quot à signo determinantur, omnes virgulam præcedentes, perticam designent, aut à perticis compositas mensuras, secundum ordinem paullo ante enumeratum: eâ tamen lege, ut in simplici numero, hoc est, solam longitudinem possidente, primæ dimensionis series in enuntiatione & significato adhibeatur: in plano secunda; in solido tertia. Aut in Longitudine siugulæ figuræ seorsim sumuntur; in superficie, binæ: in solido, ternæ. Tunc etiam, ut exactiùs quotiens habeatur, nonnullæ cyphræ dividendo, aut numero plano, è quo Radix eruenda, addantur, & signum totidem unitatibus augeatur. Exemplum Additionis. *Athenarum Atticarum mœnia, in quatuor cubitos sinuata, reductâ Græci Pedis mensurâ ad Geometricum modulum, hoc ordine per partes colliguntur:*

| | |
|-------------------------------------|-----------|
| <i>Phalericus murus,</i> | 1822,915. |
| <i>Exterior murus,</i> | 2239,58. |
| <i>Murus Longus, ad Piræum usq̄</i> | 2083,3. |
| <i>Piræus cum Munychiâ</i> | 3125. |

Hæc collecta efficiunt 9270,795.
hoc est, passus 22250.

Subtractionis. *A trajectu Alphei fluminis, in agro Megalopolitano Arcadia, ad δεῶν οἶκος, seu Dominae celebre fanum, numerantur 1041, 66. In ipsâ viâ Acacesium oppidum, ad montem Urbi cognominem occurrit, à Domina fano remotum 208, 33. Quantum igitur viæ inter Alphei trajectum & Acacesium?*

1041, 66.

208, 33.

833, 33, hoc est passus 2000.

C3

Multi-

Multiplicationis. *Campus Æserninus quadrangulus, in longitudine habet 87, 65. hoc est, 87 pert. 6 ped. 5 poll. Latitudo est 45, 25. hoc est 45. pert. 2 ped. 5 poll. Quæ est ejus area?*

| | |
|---|--|
| $\begin{array}{r} 87, 65. \\ 45, 25. \\ \hline 3966, 1625. \end{array}$ | <p>Conjuncta signa faciunt 4: sunt ergo, tria climata, 9 actus, sex calami, sex perticæ, unum petalum, sex pedes, duæ palmulæ, quinque pollices: vel 3966 perticæ quadratæ, 16 pedes, 25 pollices.</p> |
|---|--|

Aliud. *Muri in Isthmo Corinthiaco, à mari ad mare, triginta millium hominum opera, spatio quindecim dierum structi porticula superstes est, longitudine 148, altitudine 3, 56: crassitie 2, 83. Quæritur ejus soliditas.*

| | |
|--|---|
| $\begin{array}{r} 148, \\ 3, 56. \\ \hline 526, 88. \\ 2, 83. \\ \hline 1491, 0704. \end{array}$ | <p>hoc est, 1491 perticæ cubicæ, (0 scutula) 7 Asseres, (0 cubus) 4. plinthia: seu 1491. pert. cub. 60. ped. 400. poll.</p> |
|--|---|

Divisionis. *Ager normalis scamnatus, aream habet 78, 6. hoc est, 78 pert. 60. ped. (quia est in secunda dimensione) ac latus rectum angulum includens, 3, 5. h. e. tres pert. 5. ped. (quandoquidem longitudo sola hic consideratur.) Quodnam est alterum latus?*

78, 6 vel 78, 6000. (22, 457: Hoc est

22 perticæ, 4 pedes, 5. poll. 7. grana. (nam hic est prima series. Rad. Quadr. *Miletum urbem, mœnibus 3, 24 altis, & fossâ latâ 4, 6. cinctam, cum Philippus Macedonum Rex noctu oppugnaret, & injectis scalis, pedes quinquaginta longis conscendere murum aggredieretur, ob scalarum brevitatem ab incepto coactus est desistere. Quantum scalis ad justam quantita-*

tita-

titatem defuit? Ratio operationis fundamentum habet in
propof. 47. lib. I. Euclid.

| | | |
|-------|------|---|
| 3, 24 | 4, 6 | Hæc quadrata conjuncta efficiunt 31, 6576: quorum Radix est, 5, 626. Unde colligitur, scalas quibus Philippus usus, seu amplius pedibus justo fuisse breviores. |
| 3, 24 | 4, 6 | |

10, 4976. 21, 16.

Rad. Cubicæ. *Flavius Sylla Romanorum dux, adversus Massadam Judææ urbem, suggestum sive supercilium è cæso lapide eduxit, ad figuram cubicam, cujus moles comprehendit 244, 140625. Quæ fuere singula latera? Facta operatione proveniunt 6, 25. quæ pedes Romanos efficiunt 75, quorum duodeni perticæ Geometricæ æquales censentur.*

CAPUT VIII.

Gromæ ad formas agrorum comprehendendas directio.

AD eum modum se habent Mensuræ, earumq; per numeros digestio. Sequitur primus jugerationis actus laborq; DEGROMATIO, hoc est, genuinum & exactum loci, cujus podium ac centuriatio requiritur, in tabulâ aut abaco delineamentum, quod archetypo examussim respondeat, & modum dicet legitimæ enuntiaturæ. Hujus artificij directrix est GROMA, sive cum Hygeno *Tetranthem* malis appellare, sive cum columellâ *Organum*. Hæc loci positionem & veritatem rationalibus lineis exprimit, & in angustias cogit, cohibetq; ingentis planiciei amplitudinem, & prolixitatem.

Qui ergo Arti tuæ commissus est campus, Finitor,
ejus

ejus terminos in singulis vorsuris primum spathulis transfige, ut rigores præbeant, ad quos inclinet ferramentum. Deinde diastema elige, hoc est, lineam certo spatio finitâ, à cuius extremitatibus spathulæ omnes obrutui pateant. Id diastema vel latus unum propositi cãpi dabit, vel aliud interstitium ipsius ambitu inclusum, aut etiam extra fines cum iudicio electum. Ex hujus igitur diastematis extremitatum alterutrâ proximam quamq; vorsuram, facta normatione, complectere, & sub ferramentum tuum transire facito spathulas singulas, incessum primorum rigorum relinquens in tetrante. Mox transpositâ in alteram metam gnomâ, ferramentoq; sub eodem filo paullulum retracto, eodem quo prius tenebatur momento priorem metam reprehendes, iterumq; secundos rigores ad intervorsuras singulas diligenter circumduces. Ubi se conseret norma, rigoresq; primos compræcidet, eò loci vorsurarum dictantur ordines in tetrante. Quarum proxima quæq; extremitas connexa, similem propositæ formam in abaco figurat.

In diastemate intracluso.

A. Meta prima. C. Meta secunda. AC. Diastema intraclusum. DEFGHIK. Vorsura & compræcisiones rigorum.

AD, AE, AF, AG, AH, AI, AK, Rigores primi.

CD, CE, CF, CG, CH, CI, CK, Rigores secundi.

Ad, Ae, Af, Ag, Ah, Ai, Ak, Linea prima in gromâ difixâ.

Bd, Be, Bf, Ag, Ah, Ai, AK, Linea prima in gromâ transpo-

m, n, o, p, q, r, s, Compræcisiones in gromâ (sitâ.

mn, no, op, pq, qr, rs, sm. Nexus compræcisionum, &

forma campi contracta.

In diastemate Laterali.

A. Meta prima. C. Meta secunda. AC- diastema laterale.

DEF

DEFG. Vorsura & compræcisiones rigorum.

AD, AE, AF, AG, Rigores primi.

CD, CE, CF, CG, Rigores secundi.

Ad, Ae, Af, AG, Linea primæ in groma defixâ.

Bd, Be, Bf, Bg, Linea primæ in gromâ transpositâ.

h, i, k, m, compræcisiones in gromâ.

Bh, hi, ik, km, mc, Nexus compræcisionum, formam campi representantes.

In diastemate extracluso.

F. Meta prima. G. Meta secunda. FG. diastema extraclu-

ABCDE, Vorsura & compræcisiones rigorum.

(sum

FA, FB, FC, FD, FE. Rigores primi.

GA, GB, GC, GD, GE. Rigores secundi.

Fa, Fb, Fc, Fd, Fe, Linea primæ in groma difixâ.

Ha, Hb, Hc, Hd, He, Linea primæ in groma transpositâ.

I K L M N, Compræcisiones in gromâ.

IK, KL, LM, MN, NI. Nexus compræcisionum, & forma contracta campi.

Postquam igitur effigiem, quàm potuit fieri exactam in abaco tua tibi proposuit industria, ad diastematis aut lateris cujuscunq; sedulò emensi proportionem, perticam tibi efformabis, totidem in longitudine partes numerantem quot in diastemate aut latere mensurato fuerunt inventæ.

Hæc erit Regula & Canon, juxta quem tum bases, tum normales lineæ suas adipiscentur mensuras, & artificio legitimæ pedaturæ sese submittent, Si quid autem hæc schemata præ se ferunt obscuritatis aut difficilioris indaginis, propter varias compræcisiones, seu sectiones linearum, id omne diligens & accurata notarum cognominum, Dd, Ee, Ff, Gg, &c. earumq; sectionum observatio evincet & clarum reddet.

D

Quòd

Quòd si tamen lubido est, alio modo idem experiri, & rationalibus lineis adungere manuarium perticæ opus; ex quocunq; puncto, à quo ad omnes spathulas visus patet, sive id sit intra campum, sive extra, sive in aliquo ejus latere, rigoribus congruentes in gromâ || lineas describes; cujusmodi in figura F, ex P factæ sunt PA, PB, PC, PD, PE, PF, PG. & in figura S descriptæ cernuntur RH, RI, RK, RL, RM, RN, RO, RP, RQ. Nimirum ad ea puncta, penes quæ sensibilem & alicujus momenti vorfuram oculus & amussis deprehendunt. Deinde singulos rigores in campo, accuratiore industria dimetieris, eisq; respondentes in abaco lineas, ex contractâ in quamcunq; magnitudinem, & sollicitè distinctâ perticâ, suis quamq; mensuris donabis. Deniq; rigorum terminos connectes, & figuræ inde enatæ podismum, juxta sequentis libri canones exquires.



GROMATICÆ

LIBER SECUNDUS.

DE PODISMO.

CAPUT I.

Podismi indoles. Subsecivum.



Uemadmodum diribitores, antequam largitiones viritim distribuunt, præcognosse oportet, quantum acceperint æris erogandi; ita Finitor prudens, camporum agrorumq; limitan-

mitan-

mitandorū modum & amplitudinem prius didicisse opus habet, quàm adsignationes dare, terminosve constituere possit. Id verò docet *Podismus* seu *Pedatura*: cujus officiū est, *Mensuras Jugerationis* ope cognitās, dictare, earumq; reddere enunctiaturā; quantum scilicet in superficie areāve cludant & cōprehendant. Erit ergo succidanea & quasi pedissequa *Jugerationis Pedatura*: in cujus explicatione apprimè utile est ac necessarium, observari id quod *subsecivum* nominatur. Est verò *subsecivum*, centuriæ pars vacua & inexpleta; Ita enim *Siculus Flaccus* lib. de cond. agr. *Subsecivorum* genera sunt duo; unum quod à subsecante lineā quadratum excedit; alterum, quod subsecantis assignatione lineæ etiam in medijs centurijs relinquitur. Idē ferè *Julius Frontinus* lib. de limit. *Subsecivorū*, inquit genera duo sunt: unum, quod in extremis assignatorum agrorum finibus centuriā expleri non poterat: alterum, quod in medijs assignationibus, & integris centurijs intervenit: Quidquid enim inter IIII *Limites* minus quàm interclusum est, in hac remanet appallatione: ideo quòd is modus, qui assignationi superest, lineā cludatur & subsecetur. Nam & in reliquis, mensurarum actibus, quidquid inter normalem lineam & extremitatem interest, *subsecivum* appellatur. Dilucidius *Aggenus Urbicus*, lib. de contro. agr. Cùm assignatio in agro fieret, non potuit omnis modus intra quatuor limites assignari: in ea remansit aliquid, quod à subsecante lineā nomen accepit *subsecivum*. De hisce *subsecivis* *Lex Agrariā* à *Claudio Cæsare* & *M. Antonio*, & *M. Lepido* lata ita loquitur: Quod *subsecivum* amplius jugera C erit, id pro centuriā procedet: quod *subsecivum* minus erit jugera L. id pro dimidiā centuriā procedet.

At verò cū exactiore nobis operandum sit mensurā,

D 2

de-

deflexâ paullulum hac voce à prisco significato, subsecivum appellabimus, quod debitam justamq; mensuram exiguâ portiunculâ aut superat, aut ab eâ deficit: & hoc, subsecivum minus erit, illud majus. Oritur autem hæc differentia ex eo quòd multæ sint magnitudines, definitæ quidem, numero tamen exprimi invalidæ: cujusmodi est diagonus quadrati: Multi quoq; sint numeri, quos in statâ fixâq; mensurâ plenè perfectèq; nemo determinaverit: quales sunt, triens, aut deunx, aut bes, aut septunx, aut sextans perticæ decimalis: latera item verà absolutaq; numerorum non quadratorum. Atq; exinde est, quòd in calculo propositorum exemplorum, ad exactissimum perfectissimumq; numerationis terminum non potuerit semper perveniri. Si tamen ad pauculas operationes extendatur labor, eò procedet perfectionis, ut nec sensu nec ingenio penè humano precipiendam differentiam calculus sit habiturus. In Centuriatione verò Subsecivum appellatur, quod in resolutâ figurâ modum possessoris prætergreditur, & contermino agro viciniq; dominio cedit.

CAPUT II.

De Tricrano, seu Delta.

Quæ in Trianguli formâ jacent terræ aut agri, quòd videantur tribus superbire capitibus, Tricrani appellantur Finitoribus. Eidem & Triquetri & Delta seu Deltoti vocati sunt. Qua ratione Phlasiarum castellum, tribus *περὶ βόλοις* in trianguli figura munitum, Tricranum fuisse dictum legimus. Et sicilia, diffusis promontoris Triangulari specie figurata, Triquetræ nomen antiquitus adeptæ est. In terrâ autem Ægyptia, Delta magnum vocatur, juxta

juxta quod divertitur fluvius Agathos dæmon, per Ostium Heracleoticum defluens in amnem Bubasticum: Et Delta parvum, ac Delta medium, à figurâ elementi quarti, triangulum referentis, nomenclaturam, meruere. Similiter & Patele, insula Indica, à divortio Indi fluminis facta, à situ quem exprimit, Delta nominata est. Vicus item in agro Corinthiaco, Delta nomen obtinuit, quia triangulari forma exstructus cernitur. Hac similitudine agros quoscunq; tribus angulis cuneatos, Tricranos aut Triquetros, aut Delta appellare voluerunt Mensores. Et inter eos qui à facie & imagine τ Δ aliquantulum declinantes, in anguli Recti quantitatem dilatantur, Normalium titulo insignierunt; reliquos verò, sive in apicem omnino cuspidatos, sive supra normam retusos, Liques appellarunt: de nomenclaturâ magis solliciti, quam Artis suæ curiosi. Nam quod in canonibus Gromaticis scriptum, & ab antiquis Mensoribus approbatum reperimus, ex latere Δ sive trierani Isopleuri in semissem suum ducti, aream ejus procreari, id cum ignominia artis enunctiatum judicari debet. Superat enim genuinam mensurâ plus quam octante.

Legitimus autem quarumcunq; triangularium figurarum superficiem mensurandi modus, veraq; ratio duplex est: altera, ut colligantur tria latera in unum, ex producti dimidio auferantur singula latera, residua hæc in se & in dimidium multiplicentur: ex eo quod provenit, Radix quadrata eruatur, aream quæsitam demonstratura. Altera ac facilior ratio est, ut Decumanus agatur in cardinis semissem: hoc est, basis in Perpendicularis dimidium: aut perpendicularis & integra in dimidium basis multiplicetur. Ex coalitione enim longitudinis in latum, superficiem magnitudo generatur, areæ Trianguli dupla.

D3

Colo-

Colonia Tarquinia ager lege sempronia assignatus, mensura sua in Trigono colligitur, per terminos silicinos, distantes à se invicem P. CCXL. P. CCLX. P. CCLXXX. A.

280. } latera sin.
240. } gula.
260. }

Hæc in se invicem ducta, & in dimidium (390) producunt 836550000. quorum Rad. quad. 28923, 174. area Agri.

780. Latera jūcta.

390. Dimidium.

110. 150. 130. Reliquiæ ex ablatis lateribus.

Vel agatur Decumanus 260. in semissem cardinis scilicet III, 243, & provenient 28923, 180.

Ex adverso Argolica Peloponnesi regioni insula jacet stadiis duobus continente secreta, quæ à Trigoni figurâ quam obtinet, Tricrana nomen adeptæ est. Ejus latus CB. littori inter Asinen & Phliuntem objectum, decempedas sive perticas habet 600. Alterum latus, AB, Apeopeam insulam & Chersonesum Naupliensem transversè respiciens, ad perticas 458. protrahitur: Tertium AC, sinus Argolici liberis fluctibus pulsatur, & in suâ longitudine numerat decempedas 520. B. Si rationem rectè inieris, normalem ex promontorio A in litus CB ejectam continere deprehendes 384, 093. è quo pedatura colligitur, undecim centuriæ, 53 actus, 71 pedes.

Marathonius campus, clade Persicâ celebris, divergio includitur Cephissi fluvij, quæ alterò alveo Boream, altero Austrum petit, possidetq; formam trianguli hebetioris, cujus latus AB. Marathonem urbem ripâ suâ sustinet: Latus BC. ex adversum jacet lacui Oenonio. AC, Rhaninuscos agros, & Tricorythum urbem intuetur.

Ejus hæc est Pedatura. C. 25000. } latera
11000. 14000. 3500. 17500. } singula.
Residua. 14500. }

Hæc

Hæc inter se, & in dimidi- 57000. Aggregatū.
um multiplicata efficiunt. 28500. Dimidium.
153615000000000000.

Normales è singulis angulis ad opposita latera emis-
sæ, quantum tanta longitudo patitur, neglectis quæ in-
fra pedem sunt mensuris, ad eum modum deprehendun-
tur:

Ex C, super AB, 17094. Cujus semissis in basin duc-
ta, ex areâ prius inventâ subsecivum minus relinquit
100. perti.

Ex B, super AC, 9915, 32147. Unde subsecivum
minus oritur 115. pert.

Ex A, super BC 14164, 7. è quo subsecivum minus
4. pert. 33. ped.

*Delta parvum Ægyptia regionis, Taniten & Pharbeiten
nomos comprehendens, à Naturâ mirabili industriâ in Trigoni
isopleuri speciem efformatum est: cujus duo latera, duo Nili
brachia, Busiriticus scilicet & Bubasticus fluvij; tertium
transversus ejusdem Nili alveus, ab ortu in occasum labens,
efficiunt. Inter singulas autem alveorum ἀπικοπιῶν porrigitur
spatium schoenorum quinque & trientis. D.*

Quæ fuerit Schæni mensura, ex Herodoto colligitur,
qui lib. 2. διῶα δὲ, inquit, ὁ μὲν ὠδασίης τετρήκοντα στάδια.
ὁ ἢ χοῖν & ἕκαστος, μετρεὼν ἐὼν αἰγύπτιον, ἐξήκοντα στάδια. hoc
est, pedes c. c. m. Quamquam cum Eratosthene Plinius
minorem ipsi mensuram adsignet. Ita enim lib. 12. cap. 14
Schœnus, inquit, patet Eratosthenis ratione stad. XL.
hoc est, Pass. v. mill. Alij XXXII stadia singulis Schœnis
dedere. Assumpta Herodoti mensurâ veriore, conveniet
τῷ Δ hic podismus: Singula latera 200000: Aggregatū
600000. Dimidium 300000. Hinc ablata singula
latera, relinquunt 100000, 100000, 100000.

quæ

quæ in se, & in dimidium ducta progignunt 300000
 000000000000000000: quorum Radix quadra est
 17320508075, Area $\tau\delta$ Δ.

Quod si lubitum est singulis lateribus normales adji-
 cere recturas: earum prima ex angulo A, quæ Nili trans-
 verso lapsui Busiriticus fluvius miscetur, ibit ad oppidum
 Bubastum ex adverso situm. Secunda ex B, quæ Bubasticus
 fluvius scinditur, mox duplici ostio Tanitico & Pelusiaco
 mare ingressurus, incedet prope urbem Leontopolin.
 Tertia ex C. Busiritici & Bubastici confluenta ad opposi-
 tum latus, per urbes Pharbætum & Tanim. Atq; hæ rectu-
 ræ inter se æquales, singulæ comprehendunt pedes 1732-
 05: Unde podismus colligitur priori æqualis, præterquã
 in subsecivis, exigui in tam longinquo tractu momenti.

CAPUT III.

De Plæsio, Plinthio, Capite bu- balo, & Mensulis.

TΕτραγώνων σχῆμα ab Autoribus Plæsium vocari inveni-
 mus. Ita namq; Thucididi, Herodoto, Xenophonti,
 Suidæ, Hesychio appellatur figura quatuor lateribus ad
 normalem rectitudinem comprehensa. Ea verò aut æ-
 qualib⁹ circumquaq; terminis clauditur, & Plæsij Isopleu-
 ri vel Plinthij nomen obtinet: aut in oblongum tendi-
 tus, cujusmodi figuram *ἑτερομήκη* solent appellare Geo-
 metra; ac tùm simplici voce Plæsij intelligitur. Ita enim
 author libri *περὶ τάξεως παλαιᾶς*: Πλαίσιον ἔστιν, inquit, ὅπου τὰν
πρὸς πάσας τὰς πλευρὰς ὡρατάξῃ τις ἑτερομήκει σχηματῖ. *πλιν-
 θιον δὲ, ὅταν ἐν τετραγώνῳ σχηματῖ ταυτὸ τέτο πρὸς τὴν*

Ad istam igitur formam designati agri, tantum in suã
 conti-

continent superficie, quantum latera duo normalem angulum includentia in se invicem ducta designant. Ex coitu enim longitudinis in latum, Area nascitur.

Cercyonis palestra, in qua Cercyon omnes qui lucta cum ipso certassent, devictos occidit, prater Theseum, a quo arte luctandi fuit superatus, quadrata visitur in pedes XC. E

| | | |
|--|---|-------|
| 90. | Colonia Concordia, Kardinibus & decumanis assignata, in quo cursum Solis sunt sequuti, & constituerunt Centurias, | |
| 90. | | |
| <hr/> | | |
| 8100. ped. | | |
| contra cursum orientalem Actus N. LXXX. | | 16. |
| Contra meridianum Actus N. XVI. qui efficiunt jugera N. DC. XL. F. | | 80. |
| seu Actus I. CC. LXXX. | | <hr/> |
| | | 1280. |

Monumentum Tityi, prope Panopæum, unius stadij trientem in ambitu complectitur: nimirum 70. ped. in long: 33. in latitud.

| | |
|--|--------|
| Erit itaq; area ejus 23, 10. Apud inferos autem Tityus, secundum poetarum fabulam, ἐπ' ἐννέα κείτο πέλετρα, quæ pedes constituunt in longit: 2160. | 3,3. |
| | 7,0. |
| | <hr/> |
| | 23,10. |

| | |
|--|-------|
| <i>Divus Augustus in Beturie Emerita agros populo assignavit, habentes in Kand. Actus XX. in Decumano Actus XL. & finiuntur jugeribus cccc. G.</i> | 40. |
| | 20. |
| | <hr/> |
| | 8,00. |

Si duo Trapezia isopleura agri figuram constituent, vocatur is ager caput bubalum sive Bucranon: Rhombum etiam superiore libro dictum est talem figuram nominari. Rhombodis autem seu rhomboedis species in longiora latera alterna diducitur. Istorum parallelogrammorum areae cognoscuntur, si longitudo agatur in normalem superlatus unum erectam aut demissam. Generatur enim

E

enim

enim inde figura Orthogonia, obliquis hisce æqualis.

Verbanus ager, jugeribus quinis est assignatus à Tiberio Casare, terminis Tiberianis, distantibus à se per ped. l. D. per pedes

| | |
|--|----------|
| | 1500. |
| | 960. |
| | 1440000. |

l. CC. recipiuntq; figuram parallelogrammam. l.

Mensulæ sive Trapezia si duo latera habuerint æquidistantia, ea junguntur, ac semissis in latitudinem ducitur. Si prorsus informe est Trapezium, ductâ diagonali ex angulo uno in oppositum, in duo triangula separatur: aut demissa normali in parallelogrammum & triangula resolvitur.

Regiuncula Laconica Hyperteleton, Æsculapij fano olim celebris, inter Asopum & Asini maxillam. Ejus latera parall. 24. 60. pert. Aggregatum 84: Semissis 42. Latitudo 62: unde area colligitur pert. 2604.

Serpentis caput, Bæotia regiuncula, quæ thebis Glissantem itur: ubi serpens è caverna caput exserens, à Tiresiâ gladio percussus traditur: Resolvitur in duo Triangula ABF, CDE, & unum Trapezium, latera duo parallela habens ACDB.

| | |
|---------------------|----------------------------|
| Triang. ABF. | Triang. CDE. |
| Basis dimid. 10, 5. | Basis dimid. 8, 5. |
| Perpend. 49. | Perpend. 35. |
| 514, 5. | 297, 5. |
| Trapez. ABCD. | 514, 5. |
| 49. } lat. parall. | 297, 5. |
| 35. } | 1638. |
| 84. Aggreg. | |
| 42. Dimid. | 2450, c. |
| 39. Latitudo. | Area ex collectis integra. |
| 1638. Area. | CAPUT |

De Polypleuris rigorem habentibus.

A Guntur ut plurimum termini per rigores, hoc est, rectas lineas. Ab lapide n. finali ad proximum quemq; aut ab arbore antemissa ad vicinam, falce aratri sulcus ducitur in directum, extremitatem possessionum determinaturus.

De eo intelligenda est Lex Divi Augusti, quæ jubet assignationes fieri, *QUA FALX ET ARATER JERINT*. Plures ergo rigores in agro, terminos efficiunt intercivos, aut Lacinias, idest, limites introrsum extrorsumve vergentes. Distinguendi ergo sunt vel per mensulas æquidistantium laterum duorum, vel per Trigonas vel etiam si id forma agri permittit, per plinthia & plæsia, & singulorum podismus seorsim inveniendus, qui collectus, superfici ei quæsitæ capacitatem ostendit.

Stenyclerium Messeniæ, campus ubi Leucasia & Amphitus in Balyram confluunt, è regione Carnasii luri B in quatuor distinguitur Triangula.

Tr. A. perp. 121;

B. perp. 80.

Conjunct. 201.

Semiss. 100, 5.

Basis com. 262.

Area. 26331.

Tr. C. perp. 78.

D. perp. 152.

Sum. 230,

Dimid. 115.

Basis comm. 270.

Area. 31050.

Conjunctim,

57381.

Suessæ Aurunca municipij & colonia a L. Cursore & C. Bu-

E 2

bulco

bulco deducta ager solitarius lege Sempronia limitibus intercisivis, distantibus à se P. CL. CC. CCL. CCCC. 122, veteranis est assignatus.

Resolvitur in duplex Trapezium, bina latera parallela habens.

| | |
|----------------------------|--------------------|
| Trapezij. H I N M. | aggregatum 570, 4. |
| Latera parall. \int 250. | Dimid. 285, 2 |
| \int 320, 4. | Latitudo, 148. |
| | Area, 42209, 6. |

CAPUT. V.

De Polypleuris per cubitos & coxas terminatis: & de colubrinis.

SAepenumero Natura humani magisterii impatiens campis Soloq; terrarum limites inconcinnos destinat, & varijs flexibus ac vorfuris agrorum distorquet terminos, sive per inæquales amnium cursus, sive per inaccesas paludum voragines, sive per lacuum marisq; ripas ac crepidines. Nonnunquam etiam cupiditas hominum, canabulas aut loci amaritudinem respuens, & fertilibus arvis inhians, dictatos à Naturâ rigores non acceptat, sed qua spes lucri & fructus jubet, limites in cubitos deflectit. In ejusmodi agrorum formis podismo includendis, summum est artificium, artificij nimiam non quærere subtilitatem. Multa enim sunt in professione, inquit Julius Frōtinus, lib. de colonijs, quæ conjecturaliter artifices metiri coguntur: cum scilicet exilis neglectus nec damnum infert possessori nec Arti dedecus.

Idcirco in hisce diligens est adhibenda sectionum consideratio: subseciva a. quæ rigorem seu rectam mensuram

furam

suram non patiuntur, ad normam artts traditæ, & prudentis ratiocinium magistri sunt moderanda. Consultissimum erit, cum à rectorâ non longè abeunt agri, per scamna aut strias eos distinguere: si admodum in cubitos sinuantur; maximum quod potest, inde euthygrammum rescindere: appendices autem & excursions ad Artis canones industrio revocare iudicio.

Migonium, terra Laconica tractus est, è regione Cranae insula, in quo Paridem cum Helenâ primò congressum fuisse, atq; istic Veneri Migonitidi (à concubitu sic dictæ) adem consecrassè legimus. Menelaus autem octavo post Trojae everSIONEM anno redux, proximè ad Migonitidis adem Deæ Praxidicæ seu Vindicatricis signum dedicavit.

Striarum adminiculo, in Triangula duo, & Trapezia decem dividi potest sequenti ordine.

| | | |
|----------|------------|----------|
| A. 210. | E. 1300. | I. 2115. |
| B. 793. | F. 1792. | K. 860. |
| C. 3560. | G. 1242. | L. 660. |
| D. 1634. | H. 2107,5. | M. 300. |

Summa Migonij ped. 16573,5.

Pelagus, saltus Arcadiae, in quo locus Specula Epaminonda dictus, quò delatus Epaminondas, compresso vulnere conflictum Atheniensium & Mantinensium cum Bæotis spectavit, moxq; amotâ manu exspiravit. H.

Pedatura ejus, ex arte & iudicio mensoris, talis est:

Parallelogr. A.

lat. pa- 43.

rall. 44.

Sum. 87.

dimi. 43,5.

latit. 14.

609.

E 3

Tri-

Triangulorum

| Baf. | dim. per p. | area. |
|--------|-------------|--------|
| B. 18. | 3, 5. | 63. |
| C. 14. | 1, 75. | 24, 5. |
| D. 22. | 2, 7. | 18, 8 |
| E. 11. | 1, 5. | 16, 5. |
| F. 14. | 2, 5. | 35. |
| G. 15. | 1, 2. | 18. |

Aggregatum 275, 8. Univerfa area 884, 8.

*Omanthis Rugiorum infula, ad lingua imaginem in Mare
procurrit. Ejus hæc est pedatura. K.*

| | |
|--|---------------|
| Trapezij DNBC. | |
| Lat. parall. $\left\{ \begin{array}{l} 1000. \\ 1530. \end{array} \right.$ | Dimid. 1265. |
| | Altit. 700. |
| Aggr. 2530. | Area. 885500. |

| | |
|--|--|
| Trapezii C EFG. | Trap. d e f g. |
| Lat. parall. $\left\{ \begin{array}{l} 360. \\ 230. \end{array} \right.$ | $\left\{ \begin{array}{l} 160 \\ 100 \end{array} \right\}$ lat. par. |
| Aggreg. 590. | 260 Aggr. |
| Dimid. 295. | 130. Dim. |
| Altid. 1000. | 230 Altit. |
| Area 295000. | 29900 Area. |

Quadranguli bbmm, Latus majus 230. latus min⁹. 70:
Area 16100.

Tri-

| | | | | |
|-------------------|-----|-----|-----|--------|
| Triangu- lorum | Ned | 300 | 80 | 24000 |
| | ois | 460 | 30 | 13800 |
| | ske | 300 | 15 | 4500 |
| | HFG | 400 | 115 | 46000 |
| | fgb | 170 | 50 | 8500 |
| | rtp | 732 | 60 | 34920 |
| | DEC | 360 | 440 | 158400 |
| | Elb | 360 | 35 | 12600 |
| | mnD | 240 | 35 | 8400. |

Aggregatum omnium partium, 154662, 0.

Colubrinus limites nonnunquam terræ solum habet, hoc est, in serpentis speciem pars utrinq; latitudine excurrentes, cujusmodi terminos sinuosi torrentium lapsus efficiunt, aut solers hominum industria sibi constituit, dum inter glebarum incertitudinem vestigia sequitur spe conceptæ ubertatis. In Legibus Agrariis sancitum invenimus, ut ei per cujus agrum viæ prætoriae ac militares indictæ fuerint, majoris acceptæ modus adsignetur è proximo: neq; enim fas esse, publicum emolumentum privatis civium commodis dividia ac damno fieri.

In horum areâ enunciandâ, longitudo excursus in transvorsum latus ducitur, unde emergit superficiei amplitudo.

Territorii Sorani semita regia, stagni ripâ & torrentis lapsu aquabili penè interstitio clausa, antequam in planiciem amœnissimam dilatetur, ad pedes excurrit mille trecentos in latitudine ad pedum octo angustias constringitur: Hinc ejus area colligitur P.X.M. CCCC

Per agrum Teani sidicini, limitibus metricis ab Augusto hominibus VIII. CL. assignatum, iter populo debetur P. LXXXV. Longitudo vie in vorsurus est pass. XM.

10000

40.
10000 pass. sive 50000 ped. longit.
80 latit.

4000000 Area:
hoc est, jugera castrensia 14, minus 64. ped.

CAPUT VI.

De Rotundo, Arquato, & Harena.

Æ Dificiorum structuras, earumq; pavimenta in exactam rotunditatem efformata non rarè invenimus. Atria quoq; palatiorum circulari maceria vestire solent Architecti: similiq; formâ lucos inciduos ac sacra dormitoria obsepta ut plurimum licet aspicere. At camporum planiciem ex amussim rotundatam intueri, rarum admodum est & infrequens. Est tamen cum voluptati hominum blandiens Natura hanc perfectionis formam campis largitur. Nonnunquã etiam demptâ de solido nemore particulâ, amœnitate & apricationi circularẽ sibi secessum concinnant prædiorum possessores. Ad eam igitur formam positarum area planicierum, hoc modo reperitur: Si nota est diameter, ducatur illa in se, ac productum in undecim; hoc dividatur per 14 & proveniet area. Si ambitus est cognitus, illius quadratum ducatur in septem, & natus inde numerus in 88 dividatur. Aut semidiameter multiplicetur in dimidium ambitus. Habet autem se ambitus ad diametrum, ut ratione triplâ superbipartiente septimas, hoc est, ut 22 ad 7.

Apud Aremoricos tempe sunt amœnissima, deliciis & luxurie juvenili consecrata, que quod eximiâ rotunditate velut umbilicus in medio silve cedue protuberent, Omphali nomen
acce-

accepere. *Ejus loci transversa per meditullium via ad passus tenditur 84.* Pedatura ejus hac ratione invenitur: Ducta 84 in se, producant 7056, quæ multiplicata per 11, faciunt 77616: hæc rursus divisa per 14, dant 5544 passus, sive pedes constratos 138600. Vel Semidiametro 42 multiplicatâ per semicircumferentiam, quæ est ex datâ proportione, 132, producantur itidem 5544 pass.

Labyrinthus Cyclopicus in Argolida regione circuli figuram explet, cujus muri pedum XVI. crassitiem occupant: ambitus internus est pass. 3000.

Quadratum ex 3000 est 9000000, quæ multiplicata per 7, efficiunt 63000000: hæc deniq; divisa in 88, producant 71591 ferè: hoc est pedes constratos 1789772: qui faciunt jugera 6; tabulas 8, clima unum, perticas 5: pedes 72.

Tholus adificium rotundum prope Epidaurum, in quo celebrantur statuae, Cupido lyram tenens, & Ebrietas bibens è phialâ aureâ, in transverso habet pedes 108, Unde area ejus colligitur 9164, 5 ferè.

Frequentius in Gromaticis occurrit dimetienda circuli portio quædam, quam ab arcus similitudine Arquatum nominant, à circumflexu limitis & subtenso rigore facta. In hujus quantitate enunctiandâ, si Geometricam ἀκρίβειαν observare lubitum est, diameter circuli, cujus illa est arcus, hac viâ primò erit investiganda: Basis dimidium in se ducatur, quod provenit dividatur per sagittam: quotienti sagitta addatur, & producet diameter. Hujus igitur Diametri semissis in semiarcum multiplicetur, ac reservetur productum: deinde subtrahatur sagitta à semidiametro, residuum multiplicetur per dimidium basis sive chordæ; numerus inde natus auferatur à prius reservato, & relinquetur area Arquati,

F

Hæc

Hæc operatio laboris plus habet quam necessitatis aut fructus: quippe cum Finitor iudicium suum & τὴν αἰ-
 ἰθυσιν in consilium crebrius vocare opus habeat, quam sub-
 tilissimas artis speculationes: & vorfuras istas à rectitudi-
 nis via non longè abeuntes pro rigoribus censere possit,
 absq; Justitiæ detrimento, aut dispendio Veritatis. Idcir-
 co arcus propositi flexum, ductu linearum rectarum, ita
 cohibeat frenetq; Mensor, ut in trianguli æqualis faciem
 cogatur: aut ita coxarum sinus recturâ transfigat, ut utrin-
 què declinantes portiunculæ alternam conferent æqua-
 litatem, & in pariles superficies hinc inde dirimantur.

Supereft figura, quam quia τὸ τῆς κύκλου σχῆμα ἐλλείπει,
 Ellipsin Geometræ, Harenam antiquiores Geodætæ ap-
 pellant. Ratio nominis est, quod Harenæ (ita Amphi-
 theatra vocari invenimus) hanc figuram ut plurimum pos-
 sident. Nascitur ex compressu orbis flexilis, dum circu-
 li peripheria quantò ab alterâ parte constringitur, tantò
 ab alterâ dilatatur. Area ejus habetur, si inter utramque
 Diametrum accipiatur media proportionalis, quæ diame-
 trum præbet circuli, ellipsi æqualis. Invenitur autem me-
 dia proportionalis inter duas lineas, si super ambas in di-
 rectum positas semicirculus describatur, & ex juncturâ e-
 arum emittatur perpendicularis ad circumferentiam: hæc
 est media quæsita. In numeris reperitur, cum ex iis inter
 se multiplicatis Radix quadrata extrahitur. Hæc est nume-
 rus medius quæsitus.

*Roborarium Caesaris in oblongam rotunditatem extensum,
 quâ per meditullium longissima ducit semita N. P. VII. M. DCCC.
 XL. cluditur: transversa via abs caveâ ad caveam N. P. III. M.
 comprehendit. Q. Hinc tota ejus superficies per canonem
 præcedentem eruitur P. 24640000, nimirum jugera 85,
 actus unus, tabulæ duæ, perticæ 16.*

Major

Major diameter habet 7840. minor 4000. Hæc inter se multiplicata producunt 31360000, cujus numeri Radix quadrata 5600 est æquata diameter. Porro cognita hæc diameter in se ducta gignit 31360000, eaq; multiplicata per II, fac 344960000: iterumq; hæc divisa per 14, producunt 24640000, aream quæsitam. Aut ex proportionem datâ, inventus semiambitus 8800 si agatur in semisem diametri 2800, similiter procreat 24640000.

Craneus lacus Corinthiorum suburbanus, cupressis constitus, & harena figuram possidens quâ strictior est, passus numerat 80, longitudo ejus ad passus excurrit 180. Hinc area deprehenditur ped. 282852, seu jugerum 28, totidemquæ pertic. ferè.

CAPUT VII.

De Stellâ.

Globosas esse stellas, Sapientum Schola profitetur. Eminus autem & è longinquo visum corpus sphericum, planitiem mentitur oculis nostris: propterea quod deficiens ob nimium intervallum sensus, impos sit etiam ingentem percipere convexitatem. Sic quidem hæctenus creditum fuit: & fuisset porro, nisi nuper reperta telescopia diversum persuaderent. Illorum enim adminiculo, stellarum corpora informia esse deprehenduntur, & oppidò monstrosa, adeò ut terrorem incutiant intuentibus. Cæterum, cum emissi ex oculis radii ad faces illas sidereas tendunt, paulatim in itinere tam prolixo fatiscunt dispergunturq; ita ut scintillando videantur tremulum micare, & visui nostro hallucinanti cuneatos cuspides offerunt. Exinde stellarum imagines acuminatis circumcirca induuntur muricibus: & ad illarum similitudinem in campis stellam

appellarunt Geodætæ, rus agrumve ad effigiem stellæ in multos mucrones ac radios protuberantem; à qua figurâ non longè abeunt hodierna munimentorum propugnacula. Infrequens sanè est ac penè invisa agrorum in stellam efformatio: in Coloniâ tamen Julia Fanestri, & ad Sæponam Beturiæ, suburbanas stellas describunt libri Provinciales. Celebris verò est *Asteria* sive *Asteris* Lydiæ urbs πολυγλων, sex περὶ βόλοις mucronatis communitum, ad αἰτέρος seu stellæ exemplar: quòd oppidum à scriptoribus memoratur æquale & pari amplitudine esse cum Paralaidè Cappadociæ, in circularem ac rotundam perfectitudinem exstructâ. Ultraq; enim urbs in ambitu numerat Passus M. IOCXL. Effatum hoc à veritate alienum, & in Gromaticam injurium censerì debet. Novimus enim figuras isoperimétras, circumferentia æquales, amplitudine seu superficie aut areâ penitus esse dispares. Quod ipsum ut in modò memoratis urbibus comprobetur, opem & adminiculum poscemus à Gromaticâ. In Asteriâ genuino ordine distinctâ Hexagonum internum sex comprehendit Trigona isopleura, quorum singula latera possident p. 185, normales autem demissæ p. 160, 239: unde area cujusq; Trigoni colligitur p. 14822, 1075. & universi Hexagoni p. 88932, 645. Externorum Triangulorum bases, eadem cum Hexagoni lateribus, similiter habent p. 185: perpendiculares surrectæ 199, 6: unde superficies singulorum eruitur p. 18463: in universum autem 110778. Atq; hoc pacto tota Asteriæ amplitudo enunçtiatur p. 209710, 645. Paralaidis area integraq; amplitudo, per præcepta præcedente Capite tradita colligitur p. 554400. E quibus manifestum est, quòd hæc major sit Asteria duplo & dodrante, licet ambitu sint æquales. Non absimile specimen cernitur in ἡχῆς σενωπῶ apud Athenienses, & τῆς Βελοφόρα Ἀθηνῶν

ναῖς

vas apud Tegeatas. Echûs angiportûs triangulari facturâ è basi centenûm pedum protēdebatur in angustum mucronem, excurrentibus lateribus reliquis ad pedes sexcentenos ac denos. Consiliariæ autem Minervæ fanum *ἑτερογώνησις*, alterna latera habebat ped. 458: & 200. Illius capacitatem Gromaticus canon reperit p. 30397: hujus, p. 92000: unde patet, angiportum, quamvis circuitu major sit, amplitudine tamen à fano plus quam triplo superari.



GROMATICÆ

LIBER TERTIUS.

DE CENTURIATIONE.

CAPUT PRIMUM.

De Triquetris in solutum positis.

Initoris officium est, non tantum investigare agrorum amplitudines, earumq; mensuras ex fundamentis Geometricis indicare, verum etiam quoscunq; agros propositos aut planas superficies ex voto petentium dividere: seu illud fieri postuletur in partes æquales, seu ad datam proportionem: seu per cardines ac decumanos, aut ex certo puncto, seu alia quavis ratione, in herciscundis hærediis, aut emundis possessionibus observanda. Idcirco ubi exactam rei

F 3

men-

mensurandæ figuram & imaginem ab arte sua depromptam, in tabulas retulit, sequentium canonum adminiculo Justitiæ & voluntati poscentium satisfaciet.

Ac primò sciat à datâ Triangulari superficie partem quantamcunq; abscindere.

Ex vinea quintanâ A, longâ perticas 30, lata pert. 21, vinitori in cultura mercedem conceduntur perticæ 126.

Ut se habet area ad basin, ita partes propositæ ad suas partes basis. 315 area — 30 bas. — 126 part. propos. proveniunt 12. quibus in basi sumptis, & ductâ linea ad angulum oppositum, portio ad jussum est abscissa. Vel profitarum partium numerus per dimidium perpendicularis dividatur, & monstrabit quotiens assumendam in basi mensuram. Sic divisâ 250 per 12, 5, producunt itidem 20.

Centuria Nucarina in Triquetro posita finibus quaternis insolutum est dimetienda. B.

Latus A, B, aut quodcunq; aliud, in partes quatuor dividatur, & ex singulis segmentis in angulum oppositum recte ducantur; fientq; quatuor triangula æqualia, utpote in æqualibus basibus & eadem altitudine consistentia.

CAPUT II.

De Limitibus Rationalibus.

Justitiæ distributiæ fundamentum ἀναλογία, in limitibus figendis cōgruam observare jubet proportionem, ut admodum ratamq; rerum comparisonem procedat adsignatio. Multiplex est consideratio analogiæ seu Rationis, gemino tamen conceptu comprehenditur ἀναδιηρημένη & συνεχῆ: illi sola famulatur Logistica, hæc gromaticum requirit auxilium.

A ter-

A terrâ Tulingiâ abluvio Placidi & Virronis latifundia abrupta, transtulitq; in viciniam formâ triangulari. Prætor declarationem terminalem postulavit, ut ad pristinum modum possessio cuiusq; integraretur. Fuit autem Virronis rectora a: Placidi b: C.

Hic ad Analogiam ita jussum est dividi Triangulum, ut partis unius area alteram tantò excedat, quantò linea a major est linea b.

In extremitate lateris cujuslibet duco rectoram quamcunq; BD. & huic datas lineas applico, ita ut a sit BF. & b sit FD. Ex D in A duco rectoram, & ipsi DA pono parallelam FE, ex puncto F, ab E in oppositum angulum C duco rectoram, quæ fecat superficiem ratione proposita.

Ad saltus Borianos campum in Tricrano jacentem emerunt Murcius, Tubero & Sabellus. Hic triginta contulit aureos, iste 60, ille 90. D. Basis campi habet perticas 36. Dic 180 (numerus pretii collectus) dant 36 in basi, quantum singulatim 30 60. 90? Provenient 6, 12, 18 pert. quas in basi numeratas distingves, ducesq; lineas ad oppositum angulum, quæ suam cuiq; partem terminabunt.

Deducti in Coloniam signinam, à III viris munitam, jussi professi sunt, quantum modum possederunt in suis prædiis, tantum ad ratam mensuram in assignatione tenerent: Quinctio & Columella triquetra ad Amaseni ostium præfectura per sortem objecta est, quorum modus in delta & quadra jacuerat: jussiq; à III viris divisionis Auctores legitimos fineis enūctiare. E.

Hæc bifariam secari jubetur præfectura ea lege, ut altera sui parte tanto major sit, quanto Triang. HIK majus est quadrato DEFG: seu ut eam habeant partes proportionem, quam Triangulum HIK habet ad quadratum DEFG.

Hoc

Hoc ut fiat, quadratum propositum prius transmütandum est in triangulum æquale & ejusdem altitudinis cum triangulo HIK : quod fit sequenti modo:

Lineam GD bifariam divide in L . & ex E per L duc lineam quæ tangat latus FG prolongatum in M . Ita quadratum $DEFG$, æquale erit triangulo MFE : quoniam sunt in iisdem parallelis DE , MF , & dupla basi MF .

Lineæ FE , parallelam ducito NQ , ejusdem cum triangulo HIK altitudinis: & FM extendendum parallelam tangat in O . Ab O in E duc rectam, & ipsi OE parallelam pone PM , ex M . Tandem ex E in quodcunq; punctum lineæ NQ rectam ducito, scilicet in S , & ex P itidem in S . Hoc triangulum $FP S$, æquale erit quadrato $DEFG$: & quandoquidem ejusdem est altitudinis cum triangulo HIK , habebunt hæc duo triangula inter se, & eorum itidem bases datam proportionem. Itaq; sic ulterius agendum. Ex quocunq; angulo trianguli propositi scil. C . duc rectam quamvis CI , & ex ea abscinde partem æqualem ipsi KH , quæ est CV , & ipsi FP , quæ est VY . Ex A in Y duc rectam, & ipsi AY parallelam VY , ex V . Deniq; ex Z in B ducta recta, dividet triangulum datum ad datam proportionem: habebitq; fundus BZC eam proportionem ad fundum ABZ , quam habet triangulum HIK ad quadratum $DEFG$.

CAPIT TERTIUM.

De Passivis.

EX uno puncto egressi limites, passivorum nomenclatura indigetantur. Ita namq; sese torqueri patiuntur, ut unicam & communem possideant introitum; ju-

jubente id aut religione, aut loci ipsius situ atq; ingenio.

Manchuricum campum Arcadiae, refluxo Ladonis lapsu, & Cresio colle, ac quercu Panis clausum, Tegeatae in quatuor praefecturas seu νόμους aequales distribuerunt, quorum termini in Nonacri fonte Musis consecrato conveniunt. F.

Factura ejus est Triangulum ABC: Nonacris, punctum a. Ducatur recta ex a in oppositum angulum C.

Dividatur latus AB in partes quatuor aequales, & ex singulis partibus ducantur parallelae ipsi a C: scil. dg, eh, fi.

Ex puncto a ad singulas parallelarum cum lateribus trianguli intersectiones ducantur rectae, ag, ah, ai. quae distingvent propositam superficiem in partes iustas.

Similis fiet sectio ad proportionem datarum linearum.

Cidaliarum insularum una quam Daetylum vocant, inter Cycladas non ignobilis, figuram adeptam triangularem, duobus Thracicae classis praefectis in possessionem data, ad rationem copierum quas quisque ad oppugnationem adduxerat. Parebant vero alteri octo, alteri quinque triremes. Ipsa insula in margine dextro unicum habet portum, in quem necesse est terminalem impingere rigorem. Facies ejus est triangulum DEF: ratio acceptarum, lineae k & m. G.

Duclineam ex angulo E obversam lateri ED, in quod cadit assignatum punctum G: In ea lineam abscinde partes aequales ipsis km. nimirum En, no.

Ex o in d rectam pone, eiq; ex n parallelam np.

Ex G in F duclineam, & eidem ex p parallelam pq.

Tandem ex G in q ducta linea, proposita ratione Triang: secabit.

G

CAPUT

CAPUT IV.
De Lateralibus.

Lateralem vocamus fulcum, qui terminos figit æquali vorfurâ ab uno laterum remotos.

Ab agro Coloniae Suessulae limitibus Syllanis assignatae, veterano cesserunt in acceptam perticæ 243, lateri AB parallela ducenda. I.

Basis tenet 54: Perpendicularis 36: itaq; area est 972.

Ut se habet Area ad quadratum basis, ita partes datæ ad quadratum partis quæ sitæ in basi.

972 Area. — 2916 quadr. Bas. — 243 partes datæ. Proveniunt 729, quorum Radix est 27, quæ emensa in Basi punctum monstrat, è quo ducenda terminalis parallela: continebitq; trigonum istud modum agri separari iustum: nam ejus basis ducta in semissem altitudinis, procreat 243.

Campum in quo Thyestæ sepulcrum, quod Κεῖσς, hoc est, Arietes vocant, tres urbes, Argos, Mycena & Phliûs æquis legibus colendum curant; observato religionis ritu, ut ad orientem Solem sulci & portionum singularum termini agantur. Indicat autem ortum margo BC. H.

Latus adjacens in tres partes dividatur, BD, DE, EA, & supra idem latus describatur semicirculus AFG B.

A punctis divisionis demittantur perpendiculares ad semicircumferentiam, EF, DG. Distantiæ AF & AG applicentur lateri AB ex angulo A, cadentq; in b & f. Ex b & f ducantur parallelæ lateri dato BC, quæ dividant triangulum proposito modo.

Eadem ratione in partes proportionales fit distinctio.

Fundus jugarius in hereditatem obtigit Manio, Veienti, Sulle: huic ex semisse, isti ex triente, illi ex sextante.

Divi-

Dividatur latus unum in proportionem datam, scil: 1, 2, 3: quæ collectæ faciunt 6: & ex tertiâ quintâq; parte demittantur perpendiculares, fiatq; operatio uti superiùs.

Crocotus campus, inter Peneum Anaurumq; fluvios, & Osse montis radices extensus, ab Athamantiis & Pierensibus consortali lege possidebatur. Motis autem & ad incertum redactis finibus, utrinq; itum est ad Apollinem Parapotamium, tanquam Penei præsidem, & futurum controversiæ hujus arbitrum. Apollo per vatem respondit:

Εὐθὺν ἐμὸν ποτὶ νῆον ἀλαΐφουρον ἄρον ἐγείρειν,
 Τέτρατον ἀμφοτέρωθι καθάσθησαντες ἀεθρον,
 Οὐ δεῦρ' ἔκἀκείσε δικασπύλον ὄλκα περιγίνον.

Quo oraculo jussi sunt terminos compaginantes rectè ad Apollinis ædem in ripâ Penei structam agere, & campum in quaternacapita colendum dare, eâ lege ne hinc aut illinc interstitio limitaris poneretur: hoc est, ut singulorum præfecturæ in quatuor partes dividerentur, per terminos primo limiti parallelas sive æquidistantes. K.

Campi facies est ABCD. Primus limes Penei obversus BC Athamantiorum præfectura BCD: Pierensium ABC. Latera adjacentia limiti, cui parallelæ constituendæ, AB & CD: istud comprehendebat ped. 4000, hoc 3600. Divisis singulis quadrifariam, distabunt illius partes ab extremo termino ped. 1000. 2000. 3000. 4000: hujus, pedes 900. 1800. 2700. 3600.

Ducantur in se invicem 1000 & 4000: deinde 2000 & 4000: post 3000 & 4000: producuntur 4000000: 8000000. 12000000: quorum radices quadratæ 2000: 2828: 3464, I: dimetiendæ ab extremo puncto A verisimiliter B.

Similiter in latere CD, multiplicata 900 in 3600: 1800 in 3600: 2700 in 3600, efficiunt 3240000: 6480000: 9720000: quorum Radices quadratæ 1800, 2545, 58: 3119,

29, capiendæ à puncto D versus C: atq; inde ducendæ parallela.

Ismenii Apollinis lucum cuneatum Thebani ex oraculo cadendum curarunt ad semissem: eâ lege ut facturam pristinam retineat. M. Huic jussui ut obtemperetur, ducenda est linea terminalis, ut cuicunq; lateri sit parallela.

Scribatur semicirculus circum latus AB: è centro erigatur perpend. GF. Ex F in A distantia transferatur, ab A versus B, cadetq; in E: Ex E parallela lateri BC, ostendit limitem quæsitum. Aut Basin integram, quæ est 64. pert. multiplica per dimidium ejus, & fiet 2048, è quibus proxima radix est 45, 2548. Hæc ab A versus B mensuranda sunt, & à termino ducenda parallela. Si verò linea terminalis lateri AC æquidistanter constitui jubetur, tum repertus mensurarum numerus ab B versus A computandus, eoq; termino trahenda parallela.

Proponitur nonnunquam rigor, cui ad parallelam constituendi sunt limites.

Paliscium campum in agro Arcadico, non procul à Cereris qua dicitur ad Helos, Callias & Euthymus decem minis redemerunt. Ille sex contulit minas, hic quatuor. Delimitandus est hic campus ad cardinem maximum, cujus rigor est Penei fluminis ripa. N.

Ex aliquo angulo ducatur parallela cardini, intra triangulum cadens, scil. CD. Latus AB ad datam proportionem secetur in E. Inveniatur media analogâ inter AD & AE, quæ est AF: & ex F erigatur cardo maximus, hoc est, ipsi CD parallela, nimirum FI: limitatusq; erit ager ad mandatum. Per numeros similis fit operatio. Sit latus AB 100 pert. Data ratio est 4. ad 6. Parallela cardini CD cadit in 72. Media analogâ inter 72 & 40, est 53, 7. Hæc ab A versus B numerata, locum monstrat unde cardo ducendus.

CAP.

CAPUT. V.

De Cuneatis.

Spheniscos, *σφωισκός*, appellant Geodætæ figuras è latiore basi in angusta & tenuia desinentes. Hinc agri *σφωισκότερονες* dicuntur, qui tali coassatione compacti & juncti sunt, ut frontibus alternatim tensis cuneorum aduersorum imaginem referant. *Ejusmodi agrorum specie delectatos fuisse Elisphagios Arcadiæ populos proditum est, ut alterno limitum tractu Manali montis & Panisi fluminis sanctitatem venerarentur.* Veniat ergo in centuriationem campus Trigonus ABC, terminis cuneatis in partes quinque distingvendus. O.

Latus AB in partes quinque divide, quarum una sit AD, & ex D in oppositum angulum C, duc rectam, quæ trianguli dati partem quintam abscindet.

Relictum triangulum BCD, secandum est in partes quatuor: Itaque CB divide in partes quatuor, quarum sit una CE, & ex E duc lineam in D. Triangulum BED dividit debet in partes tres: idcirco basin BD in tot partes divide, quarum una est GD, & ex G in E duc lineam. Triangulum BGE secandum erit in partes duas: quapropter basis EB dividatur bifariam in F. & inde in G ducatur recta: Eritque campus propositus divisus in partes quinque æquales.

CAPUT VI.

De Normalibus, sive ad Cardinem.

Diligenti curâ ac industriâ observavit prisca Geoponicorum

corum superstitione, ut ad aliquam è mundi plagis recta irent limites, Hermulæq; terminorum indices ac sequestri irretorto vultu unum eundemq; intuerentur cœli cardinem: quosq; nimirum unius Domini pluribus indulta colonis sese extendebat possessio. Ab eo nata est Decumani & sextanei limitis appellatio: Decumani quidem, detorta à Duodecimano voce, qui duodecimam diei horam spectabat: Sextanei autem, qui illi ad normam insistens, horam respiciebat sextam, hoc est, diei medium, sive Austrum. Jubentur ergo sæpè Diribitores, cum Actuarius limes Prorsus est, alios illi ponere Transvorsos; aut cum Actuarius est Transvorsus, illi Prorsos constituere: hoc est, datae lineæ ad normam ducere finales rigores.

Minturnensium in Campania ager, rectora ad Lirim fluvium corrente bifariam distingvi iussus est, ut terminalis rigor normaliter surrigeretur. P.

Ex angulo A perpendicularis demittatur AD: & basis BC bifariam secetur in E. Super lineam DC semicirculus describatur, ad cuius circumferentiam ex E erigatur perpendicularis EF. Ex F in C ducatur recta, eiq; in basi æqualis constituatur CG. Ex G erigatur perpendicularis GH, quæ proposito modo agrum dividet.

Similis sectio per numeros invenitur. Perpendicularis AD secat figuram propositam in duo orthogonia, ABD & ADC.

Ut se habet area trianguli ACD ad quadratum lateris CD, ita totius areae dimidium ad quadratum partis in basi investigandæ. Tale igitur erit ratiocinium.

4056 Area ACD — 6084 quadr. lat. DC — 3120 dim. areae ABC. Facta operatione proveniunt 4680. quorum Radix est 68, 41. Atq; hæc à C versus D dimetienda sunt, & ex eo termino statuenda perpendicularis GH, quæ
li-

limes est partium quæsitaram. Similiter in partes aliquot plures distinctio perficitur.

Fundus Seianus in tutelam datus Colonia Julia, tribus accolis, Opulentinis, Hastensibus, & Fusalotanis ex æquo concessus fuit, ut ad Kardines distingueretur, quorum incessus recta pergeret à monte Micà ad oppidum. Q.

Basis MK secetur trifariam in a & b, & ex angulo L demittatur perpendicularis LN. Lineis MN & NK circumscribantur semicirculi, ad quos ex partibus a & b erigantur perpendiculares ad, bf. Ex angulo M in d, & ex angulo K in f ducantur rectæ, & iis æquales abscindantur Mo, Kr. Ex o & r erigantur perpendiculares, quæ parallelæ erunt lineæ NL. & juxta modum propositum fundum terminabunt. Eadem instituitur operatio, ubi ager ad certam proportionem dividi postulatur. Ad datam enim rationem secatur basis, & uti prius in opere proceditur.

Amœnissimus in sacra Insula Hortus celebratur: Et in eo peculiariter Rosetum ac Violarium, roboreo septo à se invicem discretæ. Illud Veneri dicatum Hadrianus Imp. duobus hortulanis colendum exornandumq; dedit: hoc Adonidi consecravit, eiq; duos in opere topiario summos artifices præfecit; cum jussu, ut tam hic quàm illic singuli portiones suas ex æquo dirimerent, & metam operarum constituerent in scenis, quæ ad arcendos æstivos calores, è sequacis hedera flexu artificiosè istic erant concinnata. R.

Podismus utriusq; ita se habet.

| | |
|-------------|--------------|
| A 3338. | D 1750. |
| B 1530. | E 5460. |
| C 2516. | F 2516. |
| Sum. 7426 | Sum. 9726. |
| Semis, 3713 | Triens 3242. |

Tri-

Triangula A ad semissem defunt ped. 333. Igitur hi divisi in dimid. perpend. 10. producunt 33. 3. ab A versus B sumenda, usq; in C. unde ducendus limes. Relinquuntur Tr. B. 1197: quæ unà cum C perficiunt semissem 3713.

Triangula D & F superant trientem. p. 1024, quæ demenda ipsi F per divisionem in dimid. perpend. 18, 5: & producuntur 55, 35, numeranda à D versus B usq; in E. atq; inde limes ducendus.

Triang. E excedit trientem p. 2218: Hæc divisa in semissem perpend. 39, efficiunt 56, 872, sumenda à K versus D usq; in L, unde ductus limes dirimit legitimas portiones. Reliquiæ enim ex E. 2218, junctæ reliquiis ex F 1024, integrant & absolvunt partem intermediam.

CAPUT VII.

De Tetragonis.

Superficies quadratæ aut parallelogrammæ eodem ferè modo quo triangula dividuntur: faciliore tamen negotio, quandoquidem tot variationes tantasq; diversitates non habent, quantas Triangula. Itaq; si in aliquot partes sit secandum parallelogrammum, basis ejus ad datum modum distingvatur: & ut in Triangulo ducebantur rectæ ad oppositum angulum, ita hic ducuntur parallelæ ad oppositum latus.

Ager Asculanus terminis Claudianis assignatus IIII Viris per Vectium Rufinum cohortis VI. P. P. A.

Latus CD quod Basis est in propositas portiones discernatur in punctis E. F. G. & adjacenti lateri A.C. ducantur æquidistantes EKFI, GH.

Quod

Quod si ad certam proportionem, definitamq; legem distingvi jubeatur, idem qui in Triangulis adhibetur operandi modus.

Conlatinus Ager circa Garganum ex occupatione cessit veliti & legionario in acceptam, ea conditione, ut hic duplum illius possideat. B.

Secetur Basis cd in partes tres, (hic enim numerus nascitur ex conjunctione partium proportionalium) & ex alterutro segmento surgat parallela ef.

Aut si ad rationem certarum linearum danda sint accepta, limitationis artificium in Triangulis usurpatum hic quoq; adhibeatur.

Ager Ulretanus, secundum legem Divi Vespasiani Narboni & Pompejo adscriptus est, ut ad fundi modum quem quisq; ante possederat, pertica ageretur. Superabant autem fundi sese ad rationem linearum E & G. Ratio centuriationis est superioribus petatur, cujus lineamentum exhibet figura C.

CAPIT. VIII.

De Trifinio & Quadrifinio.

Cardinem ubi tangit Decumanus, istic acies campi constituitur; est qua si exsurgant limites numero impares, Trifinium generatur, si pares, Quadrifinium. Utriusq; finitio perficitur, cum sectis lateribus oppositis in tres pluresve ex jussu partes, in alterna segmenta ex acie ducuntur rigores.

Rharium campum quadrangulum, non procul a Caprifico, in quo prima frugum semina adolevisse ferunt, Eleusini in trifinio jacerere voluerunt, ut ejus cursus ex acie surgeret, qua ab area Triptolemi iter est ad vallem Japin. D.

H

Duca-

Ducatur Diagonalis AC, cujus rigor campum æqualiter disecat. Deinde latera BC, CD, aduersa itidem in binas partes dividantur in E & F. & agatur rectæ AE & AF.

Ad sequentium problematum enodationem, operæ pretium est scire rationem abscindendi partem propositam à quadrilatero.

Præfectoralis agri modus in latitudine excurrit ad 120 periticas; Ex eo in acceptam dantur colono actus septem cum tabulis octo. Quæritur ejus Centuriatio.

Partes abscindendæ 780 dividantur in perpendicularem 120 & prodeunt 64 in basi assumenda. Atq; inde ducatur parallela.

CAPUT IX.

De Gammatis, & Regammantibus: & de Cecepita.

Multiformes agrorum tractus, tum à variis accidentibus, tum à figura quam possident, nomina sua adipiscuntur. Elementorum sanè siue litterarum effigies limitibus & campis plurib⁹ suas indidère nomenclaturas. *Delta* vocari agros in trianguli specie jacentes, quod Δ elementi quarti figuram refert, jam antè innui.

Pari modo limites aut agri lunatæ testudinis formâ incedentes, *Sigma* nominari; & in tutulatum resectos cuspidem *Lamda* dici, fidem facit antiquitas. Crebrior est vocis *Gamma* usurpatio: unde *Gammati* limites, & *Regammantes* termini originem traxère. Etenim dùm ita ducitur sulcus terminalis, ut in anguli normalis formam reciprocetur, ipsiq; campi litteram repræsented Græcorum tertiam Γ , exinde *Gammati* & in *Gamma* jacentes dici intel-

tel-

telliguntur. At verò si advorsis sese obtuentur frontibus, Regammantium titulo veniunt.

Hyrnethium campus est Epidauriorum quadratus, quem oleis in gamma directis in quatuor lacinias aequales distingvi postularunt. E.

Ejus latera singula 400 perticas habent. Area integra est 160000: idcirco singulæ partes 40000. Primus autem quadrans est quadratum, cujus latus 200, ab G ad D mensurandum, eritq; GFED. Deinde Radix è duobus quadrantibus, nimirum 80000, est 282, ab G in I: demum radix è tribus quadrantibus, 346, 41, ab G ad H numeranda: super quæ scripta quadrata duplo seinvicem excedentia GIML, & GHNK, limitibus gammatis campum terminabunt. Iidem limites inveniuntur ex Geometrica diagonalium proportione. Nam diagonalis FD, monstrat latus GL; & diagonalis FL definit latus GK.

Quadringentis minis quatuor curiæ prasidiales redemerunt fundum Interamniensem quadratum, limitibus regammantibus ad pretii rationem quod quisq; obtulit centuriandum: fuitq; fundi in latera singula longitudo P. M. C. C. ac pretium in capita H. S. L. C. CXX. CXXX. G.

Gromaticus canon amplitudinem fundi enunciat F. XIII. C. XL. M. Proportionis autem regula singulis attribuit P. 468000. 432000. 360000. 180000.

Ex his conjuncti tres extremi numeri constituunt 972000. quorum Radix quadrata, rejectis subsecivis, est 986: unde quadratum IHBE compositum, primi portionem excludit, nimirum gamma FGIHBA.

Ulterius, ablatâ parte secundi 432000, residua sunt 540000, quorum Radix 735, quadratum KLDB generat, exclusa secundi assignatione, quæ est gamma HIDLKB. Deniq; 3600 ultimi portio Radicem habet 600, unde

H 2

qua-

quadratum MND C descriptum, postremi limitis tractum demonstrat.

Creta, ager est ad sacrum jugum, in quo Jovem (non in Cretâ insulâ) educatum adserunt accolæ. Hunc Arcades limite gammato dividere bifariam jussi sunt, ut Parrhasio luco, Paniso fluvio, & Manalo monte termini equaliter clauderentur. G.

Latus DC bifariam dividatur in E. Latus DA itidem in F.

In Latere DC prolongato assumatur DF, quæ est CH. Distantia EF transferatur ex E versus H, cadetq; in G. Erit GH, lacinia sive latitudo gammae.

Si Gamma seclusum fuerit Secespita nominatur.

Area Agri Maniliani in Gamma positi, & bifariam atque equaliter secandi, ex adscriptis colligitur ped. 672: unde cuiq; parti cedunt 336. H.

Ducatur in soluto limes parallelus lateri a, c, qui latitudinem possideat ped. VIII: eritq; acgh ped. 240: & complementum ad semissem 96. Hæc 96 divisa in scamnum hi. 32 ped. producant 3, ex i in m mensuranda: eritq; o.p.g. limes gammatus.

CAPUT X.

De Circumclusis.

Subtilius artificium est ita finire quadrangula soli loca, ut instar laciniarum aut corrigiorum circumcirca serpent portiones propositæ.

Carnejo Apollini delubrum voverant Messenii cives; id in Chario saltu quadrato (cujus longitudo est orgyiarum 60) ea lege iusserunt exstrui, ut sextantem occupet totius regiuncula; lucumq; habeat equalibus cubitis circumductum, cujus superficies

ficies

ficies equalis sit area fani, relinquatq^{ue} bessum vacuum. I.

Area integra est 3600 cub. Sextans 600: cujus Radix 24, 494, est latus quadrati intimi EFGH, seu amplitudo delubri. A toto quadrato auferatur Sextans, & relinquuntur 3000: quorum Radix 54, 772 est latus quadrati intermedii IKLM, quod internum luci limitem defigit. Ab hujus lateris semisse 27, 386 ablatu semissis quadrati intimi 12, 247, relinquit 15, 139, interstitium delubri à lucco. Porro, subtracto latere IK à latere AB remanent 5, 228, quorum dimidium 2, 614 est lacinia extima, seu latitudo luci circumcurrentis.

Vivarium in hortis Minutianis quadratis, longis pert. LXXX struendum, quod semissem fundi occupet, & in meditullio situm sit. K.

Area hortorum est 6400, dimidium 3200. Radix ex semisse 56, 568, designat latitudinem ripæ quadratæ. Hac ablatâ à Radice primâ, seu longitudine hortorum, 80, relinquuntur 23, 432, quorum semissis 11, 716, est latitudo ambiens vivarium.

Arvum Palatense Varinorum ditionis, longum 90, latum 40 pert: fossa circumducendum est, quæ equali lacinia trientem abscindat. L.

Dividatur latus AC in quatuor partes; latus CD in tot partes quot abscindi postulantur: ut hîc in tres.

Inter quartam partem & tertiam media proportionalis quærat, quæ est AE. Dimidio lineæ AB, quod est AF junge dimidium lateris AC, quod est FH. Super lineam AH describe semicirculum, cui media proportionalis AE accommodetur, nempe QP, quæ semicirculum secabit in P. eritque AQ lacinia seu latitudo quæ sita.

H 3

CAP.

CAPUT XI.

De Cursoriis & Subrectis.

Non rarò Cursorii limites statui jubentur, qui adsignatum locum intra superficiem attingant.

Ager Aufidena Colonia, à militibus lege Julià deducta, limite cursorio, botontinos E transeunte, dividendus est bipartitò & equaliter. M.

Per decussem ex angulis factum, umbilicus F ostenditur, per quem ad locum adsignatum acta intervorsura metationem perficit.

Subrecti limites iidem sunt qui Normales: cum è basi subriguntur termini ad angulum rectum.

Pronus ager ad Campos Adrabas, quadrati inclinantis speciem habet, quam figuram Rhombum diximus vocari. Hujus termini in altum sunt erigendi, ut ipsum in partes quatuor æquales dividant. N.

Secetur basis e, d, in partes quatuor, per puncta f, g, h: & ex singulis sectionibus æqualiter inclinentur rectæ, fl, gk, hn; quibus per chiasmum æqualiter sectis in op q. per illa puncta cardines surrigantur, ad normam basi e d: scilicet, rs, tu, xi.

CAPUT XII.

De Intercisivis in Trapezio.

Hactenus Normali angulo aut paribus lateribus clausa tetragona in centuriationem venerunt. Sistant sese nunc porrò Mensulæ, quæ & ipsæ quidem quatuor com-
pre-

prehenduntur lateribus, sed informi inclinatione à parallelogrammorum rectitudine abeunt.

In hisce populariter per intercisiuos aut normales terminos datur assignatio.

Metelites nomen, inter Talyu & Pharmutiacum, trientibus dividi postulatus est. O.

Ex A in D hypotemissalis lateribus AC, CD, tendatur, eiq; ex apice subcumbo B scribatur parallela BE, quæ prolongatum latus CD præcidat in E. Dein tota rectura CE in tres partes dividatur in K & F: & quia altera linearum terminalium extra superficiem datam cadit, ad genuinas sedes reducitur, ducta ex F parallelâ ipsi BE, quæ tangat latus BD in G. Ex hoc G, & ex K ad angulum A ductæ rectæ, limites erunt quæsi.

Alia ratione idem perficietur. Ducatur altera hypotemissalis BC, eaq; in datas partes tres secetur in I & H. Tum subtensæ AD ex segmentis I & H, æquidistantes demittantur; atq; ubi illæ latus BD attigerint, ortum ostendent limitum quæsitorem, eritq; compaginatio in A.

Argus Campus in Mantinensium confinibus, planicies est, ex eo nomen adeptæ, quod ignara segetis sit, & cultus expers. Hunc Mantinenses in duas æquas partes secerni iusserunt, ducta fossâ normali, in quam aqua pluvia dilabitur in specum, ac rursus inde erumpit in Dinen lacum, ad Genethlium vicum Argolidis.

Universa superficies esto 37768. Nam Triangulum A habet 5016: B 30160: C 2592. Dimidium aggregati est 18884.

Triangulū A non sufficit ad semissem: idcirco complementum ejus 13868, divisum in perpend. 108, producit 128, 4, retrò assumenda usq; in m: indeq; ducenda

nor-

normalis. Verùm quia Triang. a eo est intraclusum, comprehenditq; p. 118, 8 æstimum ejus recuperabitur, divisis 118, 8 in 108, unde surgunt 1, 1: quæ retrorsâ mensurâ in basi sumpta, normalem rigorem ostendunt ducendæ fossæ.

Si paginæ finium in decumano statui postulantur, ducatur diagonalis, & linea ex angulo ad datum locum compaginationis. Tum secto decumano sive basi in justas partes, ex hisce segmentis parallelæ priori lineæ ejiciantur: è quibus protensus rigor postulatos limites exhibebit.

Petrarchus campus, Cephisso & Melanide fluviis clausus, termis limitibus dividi jubetur, qui ortum habeât in Delo monte, è quo Olea & Palma fontes scaturiunt. Q. b A mologus

Primò transmutetur in Triangulum ipsi æquale; ducta diagonali AC, & eidem posita parallela ex B. quæ prolongatum latus DC tangat in E. Eritq; Triangulum AFD, æquale quadrangulo ABCD. Porro decumanus DE protractus, secetur in partes tres æquales in G & H: & ex angulo A ad locum datum recta ducatur AF.

Dehinc è segmentis G & H scribantur parallelæ ipsi AF, nimirum IG, KH. Deniq; ex I & K facti rigores in F, limites quæritos designant. Neq; aliter ad certam rationem ejusmodi termini ponuntur, si decumano ad datam proportionem secto, præcedens operationis modus instituatur.

CAPUT XIII.

De Normalibus in Polypleuro.

Nulla sanè figurarum rectis lineis finitarum non est polypleura: veruntamen hac appellatione peculiari-
ter

ter figuras pluribus quàm quatuor lateribus circumductas indigitare solet geodeticum magisterium. In his legitimè & genuinè centuriandis, ad Podismi artificium revocanda est industria.

Umbronis divertigium, mediocrem terræ tractum alluit, propè oppidum ad Mensulas dictum. Sacrum hoc solum appellant aruspices; volueruntq; ut secundùm rituales Etruscorum libros bifariam distingueretur, adhibitâ religionis curâ, ut ad Cardinem primum limes decurreret. R.

Podismus ejus hic est. A 15744: B 57290. C 8130. D 20400. E 7490. Conjunctim 109054. Semissis 54527.

C. D. E. comprehendunt p. 36020, deficientia à legitima parte p. 18507. Hi ergo tollendi à subsequente Trapezio B. quod fit, si dividantur in subrectam FG, 312: unde proveniunt 59, retrorsum versus I usq; in H numeranda: rejecto subsecivo, quod exiguum triangulum extracclusum exæquat.

CAPUT XIV.

De Limitibus ad æquidistantiam

Simplicem & Alternam.

Spondylium regiuncula, quam Barna amnis intersecat, Cygnais & Melittensibus adscripta, equaliter ipsis dividi jussa est, ut amni parallelus ponatur limes. T.

Area ex adscriptis colligitur.

A. 660. B. 2044: C. 3150. D 2541, 5. E 3395. F 2650. G 2712, 5. H 400. Aggregatum, 17553. Semissis 8776, 5.

A. B. C. D. conjunctim habent 8395, 5 quorum complementum ad semissem est 381. Hæc divisa in parallel. 97.

I

pro-

producunt 3, 928, supputanda porrò normaliter, & inde ducendus limes parallelus.

Erctum ciundum tribus Arpinatibus in Vestinis ad rationem II. III. V: ut limes alter parallelus currat Casino flumini, alter alveo Melphis. V.

Podismus ex appositis invenitur pert. 17360: Proinde primus accipiet 3572, secundus 5208, tertius 8680.

Mensula ABCI comprehendit pert. 1742. Dividantur hæ in latus ID, 102, proveniunt 17, 078, retrò trahenda normaliter: unde ducendus limes KL. Ita continebit ABCDLK propositas partes 3572. Porrò Mensula EFGH habet pert. 2370, quæ deficiunt à secundi portione pert. 2838. Hæ dividæ in latus EH 94, producunt 30, 191: quanto spatio promovendus limes usq; in MN. Tertii pars relinquitur, LNMK possidens pert. 8680. Nam LN habet 72, 2: KM 112, 4, quorum semissis ductus in normalem NM ostendit partem assignatam.

CAPUT XV.

De Epipedonicis Imparibus.

Inter stagnum Plabium. & Galbinum lacum extenditur Malachobiorum campus, Nosentinis, Sparobiis & Legumatibus equaliter adsignandus, eâ lege, ut limes alter parallelus ponatur ripæ stagni, alter normalis sit lateri quod jugo collum Nosentinorum obtenditur. X.

Trapezium ABGF. 6705.

Triang. BCG. 3591.

Trap. CGED. 10089.

Summa 20385. Triens 6795.

Trapezio ABGF defunt ad legitimam portionem

p. 90.

p. 90, ex contermino Triangulo BCG recipienda. Itaq; hæ divisæ in latus intergerinum BG, producunt 0,526, retrorsus abscindenda per limitem qr: Eritq; AF qr, triens quæsitus.

Ulterius, Trapezium CDEG habet 10089, superantes trientem; Triangulum verò IDE 1530, deficientes à Triente p. 5265: idcirco hæ divisæ in perpendicularum IE go, efficiunt 58,5, prorsâ sectione resumenda usq; in LH: eritq; LHED secundus triens: & reliquum polypleuron LHRqC, tertius. Nam Triang. BCG continet 3591: Trapezii latus CL 35,5: GH, 35,7: conjunctim 71,2. Ejus semissis 35,6 ductus in normalem 90: gignit 3204, quæ juncta Triangulo priori efficiunt 6795.

CAPUT XVI.

De Compaginantibus.

Lucerina Colonia arvum inconcinnum, ad Garganum montem Apulia, terminis in soluto positis, arbore peregrinâ, vivo, attinis, scorfonibus, vepribus & maceriâ finitur, formâ cursoriis rigoribus & laciniis comprehensâ. Id quatuor viris ex æquo concessum, atq; ita delimitandum, ut absq; transgressu terminorû quilibet suas pecudes aquatum agere possit ad puteum O.

Superficieî integræ hic est podismus, Y.

| | | | |
|--------|----------|--------------|-----------|
| A o B. | 369, 6. | } Aggregatum | 1286, 15. |
| B o C. | 203, 5. | | |
| C o D. | 182, 25. | | |
| D o E. | 275, 6. | | |
| E o F. | 34, 4. | | |
| F o G. | 112. | | |
| G o A, | 108, 8 | } Quadrans | 321, 54. |

I 2

Tri-

Triangulum $A \circ B$ habet in areâ 369, 6, quæ superant quadrantem p. 48, 06. Hæc igitur abscindenda, divisâ 48, 06 in dimidiam perpendicularem: & prodibunt 4, 369: retrò in basi $B A$ mensuranda: unde ducendus limes primus $O N$.

Superfunt è Triang. $A \circ B$ 48, 06, quæ juncta Triangulo $B \circ C$, habenti in superficie 203, 5, efficiunt 251, 56, deficientia à Quadrante p. 69, 98. Idcirco hæc à subsequente triangulo $C \circ D$ adsumantur, divisâ iis in dimidium perpendiculum $O K$. unde emergunt 10, 367 quæ in basi sumptæ monstrant litem secundum, $K O$.

Porrò relinqvuntur huic triang. 112, 27, quæ non sufficiunt ad tertii portionem integrandam: ideoq; complementum eorum ad quadrantem, 209, 27, divisum per dimidium normalis $L O$, 10, 6, producit 19, 142, quæ numerata in basi D , ultimum litem $P O$ ostendit: & superfunt 321, 52 portio ultimi quadrantis. Atq; ita universa superficies in quatuor partes æquales est divisâ, rejecto subsecivo 1 ped.

In urbe Theßalia Larissâ, appellatâ Κρημασι, hoc est pensilis, quod in prærupto scopulo exstructa pendere videretur, forum fuit Τριπέτηλον cognomine, propterea quòd triplici lamellarum sive bractearum genere esset inductum. Nam tribus in ea urbe vicis aut plateis indictum fuit, ut singula equali portione solum Fori sternerent lapidibus diversi coloris & formæ. Nomina platearum accepimus Σειραφίς, Κρωμμωνία, Παλαία. In latere τῆς Κρωμμωνίας statua visebatur Palladis Coryphasie, ad cuius basin confines esse voluerunt lineas terminales. Z.

Fori forma & podium ex appositis in hunc

modum colligitur:

| | | | | |
|----------------|--|------------------|--|---|
| $A B I$ 66, 5. | | $A E F$ 200, 21 | | Aggregatum, 779, 21 Triens, 259, 74. |
| $A H G$ 176; | | $A D E$ 102, 96. | | |
| $A F G$ 208. | | $A C D$ 25, 55. | | |

Duo

Duo Triangula α & β conjunctim habent 242, 5 deficientia à Triente p. 17, 24, quæ divisa in semissem perpendicularis 15, 4, producunt 1, 12, dimetienda à G versus F usq; in K: atq; inde ducendus limes primus. Tria Triang. $\delta \epsilon \zeta$, continent 328, 71 excedentia trientem p. 68, 97. Hæc divisa in dimidium perpend. 14, 3. f. 4, 823, retrò trahenda ab E versus F. eritq; fa, limes alter. Superfunt autem ex triang. δ 68, 97: & ex Triang. γ . 109, 76: quæ conjuncta integrant Trientem ultimum.

CAPUT XVII.

De Inflexis.

Fundus Carsulanus Ocricolorum, Annio, Victori, Pontio, Stella, Veteranis Legionis X Alaude adsignatus, equis conditionibus ad sortem dividi postulatus est, ut canabula membraque sterilia acceptam non ingrediantur.

Distinctus per strias talem obtinet podismum:

| | | |
|-------------|------------|------------|
| A. 738, 5. | G. 202. | M. 334, 6. |
| B. 225. | H. 230. | N. 77, 76. |
| C. 292, 52. | I. 292, 4. | O. 36, 8. |
| D. 359, 16. | K. 126, 9. | P. 134, 4. |
| E. 354, 32. | L. 486. | Q. 78. |
| F. 269, 5. | | |

Aggregatum, 4237, 86.

Internorum polypleurôn, nempe Canabularum, 332, 58: & Codeti, 297, 5 summa est 630, 08: quæ subtracta ex integro relinq. 3607, 78. Quadrans est 901, 945.

Quadrangula A. B. C. (ablato interiore polypleuro) comprehendunt 923, 44: quæ superant quadrantem p. 21, 13 495.

495. Idcirco divisa per latitudinem 14, 2, producunt 1, 513, retrò assumenda: eritq; limes primus a. b.

Reliquiis his addita D. E. F. fac. 1004, 475: excedentia quadrantem p. 102, 53: ideoq; auferenda ab F, factâ divisione per latitudinem 110: & provenient 9, 32, quæ rejecto subsecivo, prorsum litem ostendunt c. d.

Ista superstitia unâ cum GHIK efficiunt 953, 83. Dempto interiore polypleuro relinqvuntur 656, 33: defientia à quadrante p. 245, 615. Si ergo à proximo L subducantur, per divisionem in latit. 180, prodibunt 13, 645, defnientia litem tertium e. f: & relinquentur ipsi L 240, 385. quæ juncta reliquis partibus M.N.O.P.Q. perficiunt ultimum Quadrantem

901, 945.



IN-

I N D E X
G R O M A T I C U S
E T H I S T O R I C U S.

| | | |
|---|--------------------------|----------|
| A Cacesium opp. p. 21. | Ἀντικοπαὶ | pag. 31. |
| <i>Aequarius limes</i> s. 54. | Aperopea inf. | 30. |
| <i>Actus</i> 11. 15. 19. 33. 58. | Apollo Parapotamius | 51. |
| <i>Actus minimus, quadratus,</i> | Apoll. Ismenii lucus. | 52. |
| <i>Baticus,</i> 15. | Apulia. | 67. |
| Adrabaë campi 62. | <i>Arapennis.</i> | 19. |
| Ad Mensulas opp. 65. | <i>Arater.</i> | 35. |
| Adonidis violarium 55. | Arcades. | 53. 60. |
| <i>Adsignationis Auctores.</i> 10. | <i>Arcifinalis ager.</i> | 9. 54. |
| <i>Æsculapii fanum</i> 34. | Area Triptolemi | 57. |
| <i>Æserninus campus</i> 22. | Aremorica Tempe | 40. |
| <i>Æstimium ubertatis</i> 8. | Argolis regio. | 41. 63. |
| Agathosdæmon fl. 29. | Argos | 50. |
| <i>Agna</i> 15. | Argus Campus | 63. |
| Alauda Legio X. 69. | Arietes, sep. Thyestæ. | 50. |
| Alpheij trajectus 21. | Arpinates. | 66. |
| <i>Amarum solum, i. sterile.</i> 9. 36. | <i>Arquatam</i> | 40. |
| Amaseni ost. 47. | <i>Arvales sodales.</i> | 10. |
| Amphitus fl. 35. | Asculanus ager. | 56. |
| <i>Ἀναδισημδρῆ ἀναλογία</i> 46. | Asine Argolica. | 30. |
| Anaurus fl. 51. | Asini maxilla, ὄνυχάτος. | 34. |
| <i>Antemissa arbor.</i> 6. 35. | Asopus fl. | ibid. |
| <i>Antica cæli pars</i> 4. | <i>Asser.</i> | 18. |
| | Aste- | |

INDEX.

| | | | |
|----------------------------|--------------------|-----------------------------|---------|
| Asteria Lydiae opp. | 44. | Centuria Nucerrina | 46. |
| Athamantii. | 51. | Centuriatio | 14. |
| Athenarum ambitus | 21. | Cercyonis palæstra | 33 |
| Attina | 6. 67. | Cephissus fl. | 30. 64. |
| Aufidena Colonia | 62 | Ceres ad Helos | 52. |
| Aurunca - Sueffa | 35. | Choerius saltus | 60. |
| B Alyra fl. | 9. | Cidaliae insulae | 49. |
| Barna fl. | 65. | Circumclusi limites | 60 |
| Beturia. | 33. | Glima | 15. 19. |
| Bifurcii limites | 5. | Cludere | 27. |
| Boriani saltus. | 47. | Colonia Julia | 55. |
| Botontini | 62. | Colubrini termini | 5. 36. |
| Botontones | 6. | Compaginantes termini | 67. |
| Bubasticus amnis | 29. 31. 32. | Comportionales. | 5. |
| Bubastus opp. | 32. | Compraciones, sectiones. | 24. 25 |
| Bucranon | 28. | Concordia Colonia | 33. |
| Busiriticus fl. | 31. 32. | Conditores finium | 10. |
| C Æsalis lapis | 0 | Conlatinus ager | 57. |
| Calamus | 19. | Consortales termini | 5. |
| Campania | 54. | Coryphasie Palladis statua. | 68. |
| Canabule. i. loca sterilia | 69. | Coxe agrorum | 36. |
| Candetum | 15. 19. | Cranae insul. | 37. |
| Caprificus, locus, σικυια | 57. | Craneus lucus | 43. |
| Caput bubalum | 34. | Cremaste Lariffa | 68. |
| Caraconius fundus | 91. | Cresius Collis | 49. |
| Cardo | 5. 29. 30. 45. 65. | Creta ager | 60. |
| Carnasius lucus | 35. | Crocotus campus | 51. |
| Carneij Apol. delubru. | 60 | Cromatilis lapis | 6. |
| Carfulanus fundus | 69. | Crommyonia platea | 68. |
| Casinus fl. | 66. | Cubiti | 36. |
| Centuria | 15. 19. | Cubus. | 18. |
| | | | Cub- |

INDEX

| | | | |
|-----------------------------------|------------|------------------------------------|-----------------|
| <i>Cultellatio</i> | 8. 9. | Ἐνδεκαώριον & ὀργῶν | 9. |
| <i>Cultellatus ager</i> | 9. | <i>Enormis summitas</i> | 13. |
| <i>Cuneati fines</i> | 5. 53. | <i>Enunctiatura</i> | 27. |
| <i>Cupidinis statua</i> | 41. | <i>Epidaurii</i> | 59. |
| <i>Cursorii limites</i> | 5. 62. 67. | <i>Epipedonici limites</i> | 5. 66. |
| <i>Cyclades insulæ</i> | 49. | <i>Epipedonicus ager</i> | 9. |
| <i>Cygnæi</i> | 65. | <i>Ἐρεῖον ciundum</i> | 66. |
| D <i>Actylus inf.</i> | 49. | Ἐτερομικῆς | 14. 32. |
| <i>Decumanus</i> | 4. 16. | <i>Euthygrammum</i> | 37. |
| <i>Degromatio</i> | 23. | F <i>Initores</i> | 10. |
| <i>Delta</i> | 47. 58. | <i>Finium regundorum scri-</i> | |
| <i>Delta parvum,</i> | 28. 31. | <i>ptores</i> | 6. |
| <i>Delta medium, magnū.</i> | ib. | <i>Fisalotani</i> | 55. |
| <i>Delta Corinthiacum,</i> | ibid. | <i>Forum Larissæum</i> | 68. |
| <i>Deltoti</i> | ibid. | G <i>Albinus lacus</i> | 66. |
| <i>Delus mons</i> | 64. | <i>Gamma</i> | 58. 59. 60. |
| <i>Δεσποίνης seu Dominæ fanum</i> | 21. | <i>Gammati limites</i> | 5. 58. 60. |
| <i>Dextra cæli pars.</i> | 4. | <i>Garganus mons</i> | 57. |
| <i>D. I. Decumanus primus</i> | ibid. | <i>Genethlius vicus</i> | 63. |
| <i>Diagonales termini</i> | 5. | <i>Glissas Thebanorum</i> | 34. |
| <i>Diastema</i> | 25. | Γνώμων | 10. |
| <i>Dine lacus</i> | 63. | <i>Groma</i> | 10. 23. 24. 25. |
| <i>Dodrans</i> | 14. | <i>Gromaticæ artis professores</i> | 10. |
| Δοκίς | 18. | <i>Gromaticæ genitrix, Avari-</i> | |
| E <i>Brietatis statua</i> | 41. | <i>tia</i> | 1. 16. |
| <i>Echûs angiportus</i> | 44. | <i>Gromaticæ origo</i> | 2. |
| <i>Effossorum pœna</i> | 7. | H <i>æredium</i> | 2. |
| <i>Eleusinii</i> | 57. | <i>Harena</i> | 40. |
| <i>Elisphagii Arcades</i> | 53. | <i>Hastenses</i> | 55. |
| <i>Emerita Beturiæ</i> | 33. | <i>Heracleoticum ostium</i> | 29. |
| | | <i>Herciscere</i> | 45. |
| | | K | <i>Her-</i> |

INDEX.

| | | | |
|-------------------------------------|----------|---------------------------------------|-----------|
| <i>Hermula</i> | 54. | <i>Lacinia</i> | 18.35 |
| Heron Geodætes | 2.9. | Laconica | 34.37.61. |
| <i>Hetruscorum aruspicum super-</i> | | Ladon fl. | 49. |
| <i>stitio</i> | 4. | <i>Lamda</i> | 58. |
| Horti Minutiani | 61. | <i>Lamella</i> | 18. |
| Hortus insulæ sacræ | 55. | Larissa Theſſaliæ | 68 |
| Hyperteleton Laconicæ | 34 | <i>Laterales termini</i> | 50. |
| <i>Hypotenusales termini</i> | 5.63. | <i>Laterculus</i> | 16.18. |
| Hyrnethium | 59. | Legio X. Alauda | 69 |
| J Apis vallis | 57. | Leontopolis | 32. |
| <i>Ἰμαίλιον</i> | 18. | Leucasia fl. | 35. |
| <i>Inflexi limites</i> | 9. | <i>Lex Agraria</i> | 8.27.39. |
| <i>In solutum positi termini</i> | 5.45 | <i>Lex de Alluvionibus</i> | 2. |
| Interamnium | 59. | <i>lex Divi Augusti</i> | 35. |
| <i>Intercisivi termini</i> | 36.62 | <i>lex Julia</i> | 62. |
| <i>Intervorsura</i> | 24. | <i>Sempronia</i> | 30.36. |
| Ismenii Apollinis lucus | 52. | <i>Vespasiani</i> | 57. |
| Isthmi Corinthiaci murus. | | <i>Lineares termini</i> | 5. |
| | 22. | <i>Liquis angulus</i> | 29. |
| <i>Jugarius ager</i> | 15.50. | <i>Liquis summitas</i> | 13. |
| <i>Jugeratio</i> | 14 | Liris fl. | 54. |
| <i>Jugerum castrense</i> | 15. | <i>Λοπίς</i> | 17. |
| Julia Colonia | 55. | Lucerina colonia | 67. |
| <i>Jupiter primus mensor.</i> | 3. | M Ænalus, mons sanctus, | |
| <i>Juris Mensorii Consulti</i> | 10. | | 53.6a. |
| K Ardo | 5.33.55. | Malachobii | 66. |
| <i>K.I. Kardo primus</i> | 4 | <i>Manilianus ager</i> | 60. |
| <i>Κεῖοι, Arietes</i> | 50. | Manthuricum | 49. |
| L Abyrinthus Cyclopicus. | | Mantinenses. | 37.63. |
| | 41. | Marathon, Marathoni ⁹ cam- | |
| | | pus | 30. |
| | | Masse- | |

INDEX.

| | | | |
|---|--------|---|-----------|
| Massedæ obsidio | 22. | O Cricoli | 69 |
| Megalopolis Arcadiæ | 21. | Oenonius lacus | 30. |
| Melanis fl. | 64 | Olea fons | 64. |
| Melittenses | 65. | Omanthis Rugiorum | 38. |
| Melphis fl. | 66. | Omphalus | 40. |
| <i>Mensula</i> 14.33.35.62.65. | | Opulentini | 55. |
| <i>Meridianus ager</i> | 15. | <i>Oraculum Pierensibus datum</i> | |
| Messenii | 35.50. | | 51. |
| Metelites nomus | 63. | <i>Organum</i> | 23. |
| <i>Metrici limites</i> | 39. | Ossa mons. | 51. |
| Mica mons | 55. | P <i>Agina finium, i. concursus.</i> | |
| Migonitis Venus | 37. | | 64. |
| Migonium Laconicæ | ibid. | Palæa, platea Larissæ | 68. |
| Mileti oppugnatio | 22. | Palatense Varinorum | 61. |
| Minerva <i>βαληφόρος</i> | 44. | Paliscius campus | 52. |
| Minturnenses Campaniæ, | | Palma fons. | 64. |
| | 54. | <i>Palmula</i> | 18. |
| Minutiani horti | 61. | Panifus fl. | 53.60. |
| <i>Modus agri</i> 8.14.27. | | Panopæum | 33. |
| Munychia | 21. | Parallais Cappadociæ. | 44. |
| Mycenæ | 15.50. | Parapotamius Apollo | 51. |
| N <i>Aupliensis chersonesus,</i> | | Parrhasius lucus | 60. |
| | 30. | <i>Pastivi limites</i> | 48 |
| Nili votiva inundatio | 3. | Patele Indica | 29. |
| Nonacris fons | 49 | <i>Pedatura</i> | 24.37 38. |
| <i>Nonani limites</i> | 5. | Pediasimus | 9.16. |
| <i>Normales termini</i> | 53. | Pelagus saltus | 37. |
| <i>Normalis ager.</i> 9.41. | | Peloponnesus | 30. |
| <i>Noverca in agro, i. loca steri-</i> | | Pelusiacum ostium | 32. |
| <i>lia.</i> 9. | | Penæus fl. | 51. |
| Nucerina centuria | 46. | <i>Pertica</i> | 17. |
| | | K 2 | |
| | | <i>Per-</i> | |

INDEX.


| | | | |
|--|-----------------|--------------------------------------|-----------------|
| <i>Pertica Cubica</i> | 18. | <i>Quadrifinium</i> | 57. |
| <i>Pes porrectus, constratus, quadratus, Geometricus</i> | 15. 17. | <i>Quercus Panis</i> | 49. |
| <i>Petalum</i> | 17. 19. | <i>Quintana vinea</i> | 46. |
| <i>Petrachus campus</i> | 64. | <i>Quintani limites</i> | 5. |
| <i>Phalericus murus</i> | 21. | R <i>ationales limites</i> | 46. |
| <i>Pharbeites nomus</i> | 31. | <i>Regammantes termini</i> | 5. 58. |
| <i>Pharbetus</i> | 32. | <i>Reprobi limites</i> | 5. |
| <i>Pharmaticum</i> | 63. | <i>Rhamnusus ager</i> | 30. |
| <i>Phliatorum castellum</i> | 28. | <i>Rharius campus</i> | 57. |
| <i>Phlius</i> | 30. 50. | <i>Rhombus, Rhomboides</i> | 14. 33. |
| <i>Pierenses</i> | 51. | <i>Rigor</i> | 12. 24. 35. 54. |
| <i>Pireæus</i> | 21. | <i>Roborarium Cæsaris</i> | 42. |
| <i>Plabium stagnum</i> | 66. | <i>Rosetum</i> | 55. |
| <i>Plasium</i> | 17. 32. 35. | S <i>acra Insula</i> | ibid. |
| <i>Plethrum</i> | 17. | <i>Sacrum jugum Arcadiæ</i> | 60. |
| <i>Plinthium</i> | 32. 35. | <i>Sacrum solum</i> | 65. |
| <i>Plinthus</i> | 18. | <i>Sæpona Beturiæ</i> | 44. |
| <i>Podismus</i> | 14. 26. 55. | <i>Saltus</i> | 16. |
| <i>Polypleura, multilatera</i> | 35. 36. 64. 67. | <i>Samardaci</i> | 5. |
| <i>Porca</i> | 15. | <i>Samartia</i> | ibid. |
| <i>Porcamis</i> | ibid. | <i>Scalenum Triang.</i> | 13. |
| <i>Postica pars cæli</i> | 4. | <i>Scamna, i. lineæ longitudinis</i> | 36. |
| <i>Praxidice Dea</i> | 37. | <i>Scamnatus ager</i> | 22. |
| <i>Pronus ager</i> | 62. | <i>Schenus</i> | 31. |
| <i>Prorsi limites</i> | 54. | <i>Scorpiones seu Scrofiones</i> | 6. |
| <i>Provinciales libri</i> | 44. | <i>Scutula</i> | 18. |
| <i>Pulveratica, i. premium Mensoris</i> | 11. | <i>Secespita, Maniliana</i> | 58. |
| Q <i>uadra</i> | 47. | <i>Sejanus fundus</i> | 55. |
| | | <i>Serpentis caput, regio Theb.</i> | 34. |
| | | | <i>Sexta-</i> |

INDEX.

| | | | |
|---------------------------------|-----------|--------------------------------|-----------|
| <i>Sextanei limites</i> | 5. | Tarquiniæ Colonia | 30. |
| <i>Sigma</i> | 58. | Teanum Sidicinum | 39. |
| Signina Colonia | 47. | Tegeatæ | 45.49. |
| <i>Signum σημεῖον, punctum</i> | 12. | Tempe Aremorica. | 40. |
| Silvanus Deus | 3. | <i>Tessella</i> | 18.19. |
| <i>Sinistra cæli pars</i> | 4. | <i>Tessellati limites</i> | 5.9. |
| Siriphis platea | 68. | <i>Tetragonii agri</i> | 9. |
| <i>Sitarium, granum</i> | 18. | <i>limites</i> | 56. |
| Sorana femita | 39. | <i>Tetrans</i> | 23. |
| <i>Spathula</i> | 24.26. | Thebæ | 34. |
| Specula Epaminondæ | 37. | Thebani | 52. |
| <i>Sphenisci</i> | 53. | <i>Thebanis oraculum datum</i> | 51. |
| <i>Stella agraria</i> | 43. | Tholus Epidauricus | 41. |
| Stenyclerium Messeniæ | 35. | Thyestæ sepulcrum | 50. |
| <i>Stria, linea latitudinis</i> | 37. | <i>Tiberiani termini</i> | 34. |
| Στώμικες | 18. | Tiresias, vates Thebanus, | |
| <i>Subcavi termini</i> | 6. | | ibid. |
| <i>Subcumbi</i> | ibid. | Tityi monumentum | 33. |
| <i>Subreῖti</i> | 62. | <i>Trabecula</i> | 18. |
| <i>Subruncivi</i> | 5. | <i>Transvorsæ limites</i> | 4.54. |
| <i>Subsecivum</i> | 26.27.32. | Tricrana Argolicæ | 30. |
| Suessæ Aurunca | 35. | <i>Tricranum</i> | 28.29.47. |
| Suessula Colonia | 50. | Tricorythus | 30. |
| <i>Supercilia, i. colliculi</i> | 6. | <i>Trifinium</i> | 57. |
| <i>Syllani limites</i> | 50. | Τεμπέτηλον forum | 68. |
| Συνεχῆς ἀναλογία | 46. | Triptolemi area. | 57. |
| Συδασφύωστέρμονες agri | 53. | Triquetra Sicilia | 28. |
| T <i>Abula</i> | 15.17. | Tulingia terra | 47. |
| Talys Ægypti | 63. | V allis Japis | 57. |
| Tanis | 32. | Varini | 61. |
| Tanites nomus | 31. | Verbanus ager | 33. |
| | | K 3 | Ver |

INDEX.

| | |
|--|--|
| <p><i>Versus</i> 15.</p> <p>Vestinus tractus 66.</p> <p><i>Violarium</i> 55.</p> <p>Vivarium Minutianum 61.</p> <p><i>Umbilicus agri</i> 62.</p> | <p>Umbronis divertigium 65</p> <p><i>Uncia</i> 14.</p> <p><i>Vorsura</i> 24. 39.</p> <p>Uretanus ager 57.</p> <p>ὑποβόλων ὄργυια. 9.</p> |
|--|--|



Errata potiora.

Pag. 10. lin. 10. erit: pag. 15. l. 16. 140 ped: in latit. 4. ped: in ibid. l. 22. perti-
 cas: p. 19. l. 8. quot: pag. 23. l. 6. sex: p. 24. l. 27. Bg, Bh, Bi, Bk: p. 25.
 lin. 4. Ag. p. 30. l. 28. Rhamnusios: pag 33. l. 23. Kard: p. 35. l. 19. luci: pag.
 39. l. 12. pari: p. 40. l. 25. in: p. 43. l. 9. lucus: p. 46. l. 27. ad modum: p. 47.
 l. 12. F. Ab F. ibid. l. 30. D E F G. p. 48. l. 11. ex F. ibid. l. 20. VZ: p. 51. l. 19.
 Peneo: p. 54 l. 4. quousque: p. 56. l. 1. Triangulo: p. 58. l. 15. Secespita: p. 59.
 l. 22. enunctiat P. p. 63. l. 7. & 16, hypotenuflalis: p. 64. l. 13. ternis.

| | |
|---|---|
| <p><i>Vincula</i> 63.</p> <p><i>Vincula</i> 64.</p> <p><i>Vincula</i> 65.</p> <p><i>Vincula</i> 66.</p> <p><i>Vincula</i> 67.</p> <p><i>Vincula</i> 68.</p> <p><i>Vincula</i> 69.</p> <p><i>Vincula</i> 70.</p> <p><i>Vincula</i> 71.</p> <p><i>Vincula</i> 72.</p> <p><i>Vincula</i> 73.</p> <p><i>Vincula</i> 74.</p> <p><i>Vincula</i> 75.</p> <p><i>Vincula</i> 76.</p> <p><i>Vincula</i> 77.</p> <p><i>Vincula</i> 78.</p> <p><i>Vincula</i> 79.</p> <p><i>Vincula</i> 80.</p> <p><i>Vincula</i> 81.</p> <p><i>Vincula</i> 82.</p> <p><i>Vincula</i> 83.</p> <p><i>Vincula</i> 84.</p> <p><i>Vincula</i> 85.</p> <p><i>Vincula</i> 86.</p> <p><i>Vincula</i> 87.</p> <p><i>Vincula</i> 88.</p> <p><i>Vincula</i> 89.</p> <p><i>Vincula</i> 90.</p> | <p><i>Vincula</i> 63.</p> <p><i>Vincula</i> 64.</p> <p><i>Vincula</i> 65.</p> <p><i>Vincula</i> 66.</p> <p><i>Vincula</i> 67.</p> <p><i>Vincula</i> 68.</p> <p><i>Vincula</i> 69.</p> <p><i>Vincula</i> 70.</p> <p><i>Vincula</i> 71.</p> <p><i>Vincula</i> 72.</p> <p><i>Vincula</i> 73.</p> <p><i>Vincula</i> 74.</p> <p><i>Vincula</i> 75.</p> <p><i>Vincula</i> 76.</p> <p><i>Vincula</i> 77.</p> <p><i>Vincula</i> 78.</p> <p><i>Vincula</i> 79.</p> <p><i>Vincula</i> 80.</p> <p><i>Vincula</i> 81.</p> <p><i>Vincula</i> 82.</p> <p><i>Vincula</i> 83.</p> <p><i>Vincula</i> 84.</p> <p><i>Vincula</i> 85.</p> <p><i>Vincula</i> 86.</p> <p><i>Vincula</i> 87.</p> <p><i>Vincula</i> 88.</p> <p><i>Vincula</i> 89.</p> <p><i>Vincula</i> 90.</p> |
|---|---|



ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ

Exercitationibus Arithmeticis

accommodata.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ Ι.

ΝΕΟΤΤΙΑ.

Νοδὲ ἀνήρ ἐλέφαντος ἀγάλλεται ἐκ θυ-
 ον ἠδὺ
 Πέμπει ξυθὸς ἄραψ· ἠδ' Ἀργολίς αἶα
 ΝΕΟΤΤΩΝ

Μύρια Φῦλα, ἢ ὀρνίθων τρέφει ἄσπελον ἔθνη·
 Ὅππὸ θην αἴσχος ἐπῆλθε τεῆ Λακεδαῖμον ὀπωπῆ,
 Σεῦ κλέει ἔξαπαλεῖφον, ὅτ' ὄζος Ἄρηος ἀλέκτωρ
 Καὶ πτηνῶν στρατὴν κάρτος νίκησε λεαίνης (καῖς.
 Σπάρταν ἀμυνομένης ὀνύχων γναμπλήσιν ἀκω-

PULLITIES.

*India mittit ebur: redolenti thure superbit
 Mollis Arabs: ditat pullorum copia terram
 Argolicam, cicurumq; intermina turba volucrum:
 Quæ tibi, Sparta, olim fœdum incussere pudorem,
 Et laudes minuere tuas, cum Martius ales
 Pullorumq; cohors fortis vicere leonæ
 Robora, quæ curvo Spartam defenderat ungue.*

A

Non

Non omnis fert omnia tell⁹. Alii populi aliâ laude superbiunt: Ebore India, Arabia aromatibus dotatur: Argolidi admiranda pullorum copia ad ludibrium usq; famam peperit, sic ut à Lacedæmoniis cæterisq; Pelopõnesiis *Neotia* fuerit appellata, & vicinus Nemeæ mons *Neotia* cognomentum traxerit. Sed Argivi gloriam suam ignominioso nomine non imminui existimantes, gallum gallinaceum pro insigni patrio ostentabant, cum Lacedæmoniorum esset Leæna.

Ut autem gallo advorsus Leænam inimicitias ipsa posuit Natura, ita Lacedæmonii ferali perpetuò similitate prosequuti sunt Argivos, conterminum sibi populum, & potentiâ atq; opibus multo inferiorem, à quo tamen crebrò superati, imprimis regnante Labotâ, suis se tandem coacti sunt continere limitibus.

De pullorum autem in Argoliâ multitudine, audi, si lubet, leviculos pullariorum sermones:

Sunt, inquit, ditionis nostræ octo *Ἰπικεῖραι*: singulæ totidem urbes comprehendunt: ac urbium quævis decem *Φεῖραι* seu curias: istæ porrò duodenis *κώμαις* seu pagis jus dicunt, in quorum unoquoque sex ac viginti sunt domicilia cortibus suis instructa, in quibus galli enutriuntur seni; Atq; hi singuli uxores suas pullastras decem, fœcundo seminio ita implent, ut vicenos quæq; pullos quotannis excludat.

Ecquid tantæ molis esset illa pullities, ut inde nomen universæ traheret regio? Ita sanè, si fidem mereretur stolidæ & inficetæ rusticitas. In tantum enim numerum exurgeret pullorum multitudo, ut si centeni quiq; uno æstimarentur aureo, precium eorum ad ducentas ac quadraginta ferè aureorum myriadas ascenderet: quanti non censentur annui universæ Peloponnesi redditus.

| | |
|-----------|-------------|
| 8 | Ἰπικράτεια. |
| 8 | |
| 64 | urbes. |
| 10 | |
| 640 | Φεήτεια. |
| 12 | |
| 7680 | κῶμαι. |
| 26 | |
| 199680 | domicilia. |
| 6 | |
| 1198080 | galli |
| 10 | |
| 11980800 | gallinae. |
| 20 | |
| 239616000 | pulli. |

II. ΣΠΑΛΑΚΕΣ.

Τὴν μεγάλην τάφρον, μέγα πῆμα πελασγίδι
 Ὅπποταν ἀυάλεοι ἐξέρυον Σπάλακες, (γαίη,
 Λάϊον ἦν Ἐλλησιν, ἀφοτίστρι γεγαῶτας,
 Ὡς σπάλακες, λεῦσαι μηδέποτ', ἠέλιον.

TALPÆ.

Cum Talpæ eruerent magnæ molimina Fossæ,
 Argolico damnum grande futura solo;
 Sat fuerat, ceu talpæ, oculorum lumine captos
 Cernere Phæbæum non potuisse iubar.

A 2

In

In confinibus Laconicæ & Messeniæ, non procul ab urbe Ampheâ, fossa est, ΤάΦος μεγάλη appellata, ad quã celebris pugna commissa legitur inter Lacedæmonios & Messenios, descripta à Rhiano Benæo, & Myrone Priense. Ad eam emolendam Peloponnesii ducentos ac quinquaginta adhibuerunt fossores conductitios, (πάλακας eos vocabant, quòd talparum instar terram subverterent) Hi decem dierum spatio, cubitos è terra eduxere 314880. Fossæ verò istius latitudo sexdecim proditur fuisse cubitorum, profunditas octo.

Longitudinem cum scriptorum nemo tradiderit, eam sic eruemus. Ducta latitudo in profunditatem procreat aream 128: per hanc divisa soliditas 314880, ostendit longitudinem, cubitorum 2460. Addemus & cujusq; πάλακος pensum. Divisa 314880 in 250 f. 1259 $\frac{1}{2}$ cub: decem dierum operam. Hæc rursus in decem divisa efficiunt 125 $\frac{1}{2}$ cub: pensum quotidianum.

III.

ΣΤΡΑΤΟΣ τῶ ΞΕΡΞΟΥ.

Μένω Περσῶν στρατός ἐκένόεσκεν ἀρίστῳ
 Ἄσπετα χειμαρρῶν ρέυματα καὶ ποταμῶν.
 Πηλίκος ἀνδειπνῶσ' ἐς νηδύας ἀρῖος ἔβαινε;
 Οἰτάων ὄσση θερμωπυλῶν κορυφῇ.
 Ὄσος ζευγνυμένῳ περιμηκεῖ Πήλιῳ ὄσση,
 Τόν γ' ἔδ' Ἄτλαντος γῆα διώαιτο φέρειν.
 Βάνχῳ ὅλως ἀπέεσκε, τὸν ἔτεδροοῖσι Ρέατη,
 Μήτ' ἀν' ἀπασα φέρειν ἰσχυεν Ἀρκαδίη.

XER.

XERXIS EXERCITUS.

Flumina prandiolo Persarum exercitus uno,

Vt fama est, potis evacuavit aquis.

Qualis cœnanti descendit in ilia panis?

Quantus Thermopylis tollitur Oeta jugis.

Quantus si toti jungatur Pelius Ossæ:

Sub cuius tremeret pondere fessus Atlas.

Bacchus abest: illum non ferret tota Reate,

Totaq̄ in immensis utribus Arcadia.

XERXES omnes qui Persis ac Medis imperarunt Reges animi elatione, & operum magnificentia antegressus, cum immenso & infinito propemodum exercitu Græciam invalit.

Tanta fuit in ea expeditione navium copia, ut pontum operuerint; tam ingens militum numerus, ut fluvios potando exsiccarint. De eo exercitu verba faciens Herodotus, *Ὁρίσκω γὰρ, ἰνὸν, εἰ χόινικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρας ἔλαβεν, καὶ μηδὲν πλεόν, ἕνδεκα μυριάδες μεδίμωνων τελεσμένους ἐπὶ ἡμέρῃ ἑκάστῃ, καὶ πρὸς τριακοσίαις ἄλλαις μεδίμναις καὶ τεσσαράκοντα.* Reperio, si unicuiq̄ detur quotidie chœnix frumenti, nec quicquam præterea, centies ac decies millenos, trecentos ac quadraginta medimnos in singulos dies requiri. Cæterum, cum fervorum ac mercenariorum militum demensum fuerit chœnix, mensura scilicet librarum trium, unciarum quatuor ac semissis; Chœnices autem 48 medimnum cōstituerint, patet medimnum frumenti in milites quadraginta octo erogari solitum. Ex quo initis rationibus colligere licet, numerum militum in exercitu Xerxis stipendia facientium 5296320 fuisse capitum: Quamvis idem

Auctor alium apponat numerum eodem libro, ubi inquit:
 Πεντακοσίας μυριάδας, καὶ εἴκοσι καὶ ὀκτὼ, καὶ χιλιάδας τρεῖς, καὶ
 ἑκακοντάδας δύο, καὶ δεκάδας δύο ἀνδρῶν ἡγαγὼν Ξέρξης ὁ Δαρίης,
 μέχρι Σηπιάδων καὶ Θερμοπολέων: nempe 5283220, præter
 mulieres & onera gestantes, quorum numerum nemo po-
 tuit comprehendere. Quod si tantæ multitudini vinum
 fuisset præbendum, non suffecissent eo advehundo omnes
 asini nati in oppido Sabinorum Reate, aut in Arcadia: quæ
 loca ab asinorum, aliorumq; jumentorum copia & præ-
 stantiâ celebrantur.

IV.

Πόδες τῶν σίχων.

Τρισχιλίς πάλα ἑξαμέτρης δότο Μηκοινᾶτι,
 Αὐγέσθ πρᾶξις οἷσιν ἄειδε, Μάρων.

Τρίς δ' ἑκατὸν σίχης τριμέτρης ἀνέδωκε Μάρωνι
 Μηκοίνας, Θῆς οἷσι γέρας λέγεται.

Ἀμφότερ' ἄωροιο πόδας δαφνήφορ' αἰοιδῆ
 Ἐννεπε, καμφθεῖσιν μέτρα λαβῶν δακτύλοις.

Pedes Versuum.

*Ter mille Hexametros Mecænati obtulit olim
 Queis canit Augusti Cæsaris æta Maro.*

*Ter centum versus trimetros dedit ille Maroni,
 Queis legitur Cereris gloria frugifera.*

*Mensuram digitis lauru redimite Poëta
 Accipito, & doni dic utriusq; pedes.*

MAJOR fuit olim virorum Nobilium in promovendis li-
 terarum studiis adfectus & munificentia, quàm hoc
 est

est sæculo, quo viri eruditi apud multos contemptui sunt, & scripta eorum mendicabula appellantur. Quàm pretiosum & amatum sibi habuit Mecœnas Maronem! cujus Carmen Augusti res gestas continens prædio aliquot centenùm Jugerum renumeravit. Sed ut ætas nostra luxuriat Poëtarum lolio, qui scabiem suam & stolidi capitis poriginem laureâ abscondunt, cum è lappis tribulisq; potius mereantur coronam; ita quoq; Mecœnatum hodie rara admodum seges est, & penè cum pristina poëtarum gloriâ prisca promotorum munificentia exspiravit. Versus Hexametros ter mille Mecœnati obtulit Maro, in quibus Grammaticus numeraret pedes 18000. Mecœnas in hostimentum Maroni dono dedit Versus trecentos; non ex eorum numero, quos in articulis computat & scandit poëtices tirunculus; sed ex eo genere qui Grammaticis seu Finitoribus notiores sunt quàm Grammaticis: utpote quorum singuli in agrorum mensurâ complectuntur pedes decies millenos; Centum scilicet in Decumano, totidemq; in Cardine. Istiusmodi versus trecentos, eosq; trimetros hoc est, ter mensuratos, nempe novies centenos Eques obtulit Poëtæ, qui jugera complectuntur CCCXII. S. ac pedes planos numerant 9000000, singulos ergo pedes poëticos quinquies centenis pedibus agrariis (in quibus Cereris munera colliguntur) rependit liberalis ille Heros.

V.

Αλφάβητον.

Οὐ τόσαις μορφῆσιν ἐπιβρέει εἶαρ ὦρη
 Ἀνθοτόκω, γαίης ἄγνεα Θεσσαλικῆς
 Οὐ τόσα παρυρφεῖται ἐφ' ἐυρυχώροιο θαλάσσης
 Κύματ', ἐπεὶ βρεμέει σφυμόνι ὄρορης

Ὅσ'

Ὅσ' ἂν σχήματα καινὰ Φύει ἀπειοικότος εἶδος,
 Τῶν παιδῶν πρῶτος γραμματικῆς κάμαλ' ὦ.
 Τὴν δὲ τύπον ἑτέροιο πολύτροπον ὄψιν ἐνίσπην
 Ἴσον τῆς τέχνης ἐστὶ Συρηκοσίης.

Alphabetum.

*Non tot Thesalicâ formas in valle recenset
 Flora recens, Veris cum breve tempus adest.*

*Non tot spumiferum diffidunt Nerea sulci,
 Cum gelido Boreas turbidus axe ruit;*

*Quot nova transpositis producit monstra figuris
 Grammatica puerum primus in arte labor.*

*Tam varios vultus speciei tam disparis ora
 Effari, Siculae quis neget artis opus?*

HEgias Olynthius in libello μεταίσις inscripto, cujus meminit Hellanicus, ait Alphabeti Græci litteras toties inter se commutari ac transponi posse, ut diversa earum facies uberior prolixiorq; sit, numero hominum omnium, quos universus terrarum orbis amplexu suo comprehendit. *Mirum videri posset primo auditu hoc Hegia effatum: Magis mirum ego addam. Si extima universe terre superficies, unâ cum eâ quam aquæ superfuse abscondunt, hominibus tam arctè confertimq; stipata foret, ut singuli pedes quadrati singulos homines admitterent; atq; illi perirent quotannis, suppullulantibus ac substitutis in annos quosq; novis corporibus; non adscenderet tamen multitudo ista ad numerum varietatis ex commixtione Alphabeti oriæ: etiamsi annua illa hominum recentatio à primis mundi incunabulis ad hunc usq; diem*

diem perdurasse, & porrò ad extremum ejus terminum continuari supponeretur.

Ne absq; ratione meus sit sermo, eam sic habe:

Totius orbis circuitum Geographi ratione & experientia docti definiunt stadiis 172800 hoc est 21600000 passibus: assignantes unicuiq; gradui maximi circuli sexaginta milia passuum: & exproportione Archimedæa diameter seu axis terræ comprehendet pedes 34363635. Ducto axe in circuitum, procreatur superficies convexa, nempe pedum 3711272580000000.

Ut autem habeatur omnis varietas, quæ cōtingere potest inter viginti quatuor literas, multiplicentur inter se numeri omnes continua serie ab unitate ad 24: Eritq; ultimus terminus 620448397827651993: quæ pedes quadratos universi orbis complectuntur toties, quot unitates habet hic numerus 16717941: quot annos mundi hujus machinam neq; stetisse, neq; duraturam esse, religio nostra fidem facit.

Ad hoc exemplum versus Hexameter è meris Spondæis ac monosyllabis constans (præterquam in quinto ordine, qui duas breves in dactylo postulat) variari potest modis 39916800. dummodò seligantur monosyllaba elisionem non admittentia, ponaturq; dictio duarum brevium penultimo semper loco. Ejusmodi audire si cupis, *εν παρέργω* hunc tibi dabo.

In tenebris sedeo, & cæca caligine mentis.

Errorisq; vias iterò: Tu maxime Rector

Tu me duc, nec non fac, quò mi lex tua sit lux,

Aut istum:

Spreta tibi quondam discendi occasio passu

Præpete nunc fugit ex oculis, metuitq; reverti:

Qui nec vult cum quit, dum fors dat, post bona non fert.

b

VI. Δεγ-

VI.

Δρομέες τῷ Αἰλίῳ Καίσαρι.

Τῆς σὺν Ἐφετμοσύνης πείθων δύσεως ἄπο; Καίσαρ,
 Ἀντίθειον σπεύσῃ Εὐρὸς ἔς ἀντολίην.

Τῆσιν ὑπ' αἰνεσίησιν ἀπ' ἡῶς ἠριγενείας

Ὀχνήσῃ Ζέφυρὸς πρὸς ζόφον ἡελίῳ.

Εἰς νύχιον Βορέης, Νότος ἔς μέσον ἡμῶν ἰκάνῃ

Ἴσην δὴ δυνάμιν τῷ Δίῳ Καίσαρι ἔχεις.

Cursores Aëlii Imperatoris.

Cum tu magne jubes Cæsar, properabit ad Ortum

Cardine consurgens Eurus ab Occiduo:

Te Zephyrus mandante ad seri vesperis ignes

A matutinis currere gaudet equis.

Ad noctem Boreas, medium Notus ibit ad orbem.

Ecquis te Cæsar jam neget esse Deum?

Ælius Imperator cursores habuit Ventorum nomini-
 bus insignitos, Eurum, Zephyrum, Boream, Notū:
 quibus exemplo Cupidinum alas imposuit, in velocitatis
 monumentum. Boreas die octavo ab Urbe ad Colum-
 nam, hoc est, trajectum Sicilia, pertingere poterat:
 Notus idem iter diebus decem emetiebatur: estq; inter-
 capedo istorum locorum, CCCCLM.P. *Quod si con-*
tigisset, ut Boreas ab Urbe versus Columnam cursuram institu-
eret, Notus à Columnà ad Urbem; simulq; ambo viam iniis-
sent, quoto die & quo loco sibi futuri fuissent obviam?

Conjunge 10 & 8. fiunt 18. Ducito 8 in 10 fiunt 80.
 divide hæc per octodecim fac: 4 $\frac{2}{3}$.

Vel

II.

Vel; uno die alter absolvit $\frac{1}{8}$ alter $\frac{1}{10}$ Conjunctim $\frac{1}{80}$
 die 18 — I — 80? f. — 4 $\frac{4}{5}$.

Occurrent ergo sibi die ferè sesquiquinto, ad ducente-
 simum quinquagesimum ab urbe milliare, prope oppi-
 dum Marcelliniana dictum.

Porro, 8 dies — 450 — 4 $\frac{4}{5}$ f. 250, iter Bor.
 10 dies — 450 — 4 $\frac{4}{5}$ f. 200, iter Not.

VII.

Ἀπόλλων καὶ Ἑρμῆς.

Πυθῶνος μεδέων καὶ εὐσκιόπῃ Ἀργειφόντης

Ἀργάλεον σμογεροῖς ἀντεμάχοντ' ἔπεσιν.

Ἑρμείας κιθάρην, κιθάρην καὶ Φοῖβος ἀπήτη,

Χαῖρον μαψιδίαις ἔλπεσιν ἀμφότεροι.

Αἴψα δ' ἐπαίσιων ἐγχεσπαλος ἔλιθ' Ἄρης,

Χρυσείην χαλκῶ νήροπι ρήξε λύρην.

Ἡ δὲ Ἀτλαντιάδης ἐγέλασεν ἀτάσθαλον ὕβριν.

Φοίβω κ' Μῆσαις εἶλετο θυμὸν ἄχθ'.

Apollo & Mercurius.

Movit Eris litem Phæbo, Majaq̄ creato,

Et scidit incertâ seditione Deos.

Mercurius Citharam, Citharam sibi poscit Apollo:

Se dignum hic sacro munere & ille putat?

Cum subito irrupit motis Mars improbus armis,

Fregit & incusso cuspidis ære lyram.

*Risit Atlantiades fatum: sed mæstus Apollo,
Et Musæ damnis ingemuere suis.*

Frequens est viris literarum studia sectantibus litigium & contentio, cum grege Mercurialium hominum: dum illi virtute confisi, hi opibus superbi, præminentiam & superiorem locum sibi arrogant; Concertantes sæpè Mars opprimit, & tam Apollinis quàm Mercurii adscelas honore omni, super quo litigabant, exuit ac penitus denudat. Ejus rei Emblema & simulacrum dare voluerunt Boetorum Civitates: Hæ enim Heliconem montem Deorum Numinibus venerandum statuis exornaturæ, ad impensas istas decem collegerunt talenta Attica.

Thespiæ urbs tres Musas dedicavit, opus Cephisidoti, cui artis præmium datus est fescunx collectæ, & quatuor insuper minæ. Onchesti cives tres itidem Musas fieri curarunt, industriâ Strongylionis, qui inde meruit sextantem collectæ, minus drachmis 120. Copæ porrò tres reliquas Musas consecrarunt, Olympionis arte factas, datusq; est artifici quadrans collectæ, minus drachmis 80.

Dcniq; Thebæ omnium præclarissimo anathemate sanctitatem montis veneratæ, Apollinem & Mercurium de lyra litigantes, & Martem hastæ cuspide eandem confringentem, inibi prope Aganippen fontem dedicarunt: pro quo Lysippo fictori obtigit quincunx & semiuncia, atque insuper drachmæ 40.

Lubet sciscitari quanti anathema quodq; singulatim constitit. Talenta 10 valent 600 minas, seu drachmas 6000.

Auferatur primò quod superest in particulis; quod deest adjiciatur. Drachmæ 400 & 40 f. 440 dr. plus. Drachmæ 80 & 120 minus, fac. 200 dr. minus: 200 de

440

440 relinq. 240. Hæc de 6000 relinqvuntur 59760. Col-
lectæ partes enumeratæ efficiunt 24 semuncias,

| | | | | | | |
|--------------|---|-------------|---|-------|----|-------|
| 24 — 59760 — | { | 3 Sescunx | } | 7470 | f. | 24900 |
| | | 4 Sextans | | 9960 | | |
| | | 10 Quincunx | | 14940 | | |
| | | 6 Quadrans | | 2490 | | |
| | | 1 Semiuncia | | | | |

Tal. | Min. | Dr.

| | | | | | | | | | | | | | | |
|-------------------------------------|---|--------------|---|----------|---|-------|---|-----|---|---|---|----|---|-----|
| Cõstitit igitur donari- um | { | Thespienfium | } | drachmis | { | 7870 | } | feu | { | 1 | } | 18 | } | 70. |
| | | Onchestiorum | | | | 9840 | | | | 1 | | 38 | | 40. |
| | | Copæenfium | | | | 14860 | | | | 2 | | 28 | | 60. |
| | | Thebanorum | | | | 27430 | | | | 4 | | 34 | | 30. |

VIII.

Εὐσέβεια Λαΐδος.

Εὐσεβίη κραδίης γεγαῆα Διὸς μεγάλοιο,
Ἄμπαλιν ὀρθαγόρε Λαΐδος ἐκφύεται.

Laidis Pietas.

Corde Jovis propugnata olim, nunc denuo putri
Laidis è vulvâ nascitur Eusebie.

LAIS nobile apud Corinthios Scortum, ad cujus jacuit
Græcia tota fores, ut insolente libidinis quæstu etiam
Deos compotiret, & per universum orbem famam suam
disseminaret, stipemq; erogaret nequitiâ partam, Deab⁹
sui sexus celebrioribus talenta quinquaginta nuncupavit,
eâ lege in delubra sacraq; ministeria distribuenda, ut Ve-
nus Ambologera in urbe Lacedæmone culta semissem ha-
beret:

beret: Juno autem Anthea Argis, bessem: quòd illius ope retardatis senectæ incommodis, hujus numen ipsam in florida ætatis vigore conservasset. Diana verò Melanophrius Corinthi, & Hebe Callopiigos apud Delphos, ne indonatae essent, religiosè sanxit: quando quidem formositas præcipuas partes, quam illud seculum in superciliorum nigrore, & clunium rotunditate ponebat, ipsi essent largitæ. Idcirco illi quadrantem, huic sextantem legavit. Sed & Minervam Erganen Athenis triente donavit, & Cererem Eleusiniam similiter unciâ; quod hæc arcano silentii velo facta obnubere, illa cum Pluto socio suo operas, ἀδαπανήτης tam luculenter pensare voluerit.

Quam ratum habuerint. Dea hoc votum, inquirere non laborabimus; quantum autem cuiq; ex legato cesserit, industria erit investigare.

Partes propositæ integrum superant: ideoq; eas ad proportionem esse revocandas ratio dicitur. Adsumatur ergo numerus partes illas citrà minutias continens, cujusmodi est 12. Ejus semissis, bes, quadrans, sextans, triens, uncia, duplum complectuntur integri, nempe 24. Dicemus igitur 24 dant 50 talenta seu 30000 aureos, quantum singulæ partes?

| | | | | | | |
|--------------|---|-----------|---|------|-------|-------------------------|
| 20 — 30000 — | { | 8 Bes | } | { | 10000 | Aggregatum est 30000 |
| | | 6 Semiss. | | | 7500 | |
| | | 4 Triens | | f. } | 5000 | |
| | | 3 Quadr. | | | 3750 | |
| | | 2 Sext. | | | 2500 | |
| | | 1 Uncia | | | 1250 | |

Στλ.

IX.

Στιβῆϊς.

Τὸν βίοτοιο δρόμον σιβεῦ τρέχε, μηδ' ἀπόληξον
 Κυκλῶσαι, θάνατον σωτρόχον αἰὲν ἔχον.
 Τὸς πόδας ἰθυλευεῖς νόμα πότι τέρματος ἀκρον,
 Ληψόμεν⊙ θάνατον, ληψόμε⊙ θανάτω.

Ambulatores.

Pergito Circuitor: sic curritur orbita vitæ;

Tecum Mors unum currere certat iter.

Tu mortem ut prendas; te Mors ut prendere possit,

Ad metam leni tenditis ambo gradu

NON fuit ullum Theatrum harmoniâ & structurâ comparandum illi quod Polycletus Epidauriis fecit in medio ædis Æsculapii, rotundâ figurâ efformatum: cujus per meditullium via passus comprehendebat septuaginta: In eo se exercere ac decertare soliti sunt Juvenes, non cursu, sed itu, seu ambulatione, quæ βᾶδω fiebat: & qui eo modo contendebant, σιβεῖς appellabantur. Præ se fert hoc certaminis genus vitæ humanæ simulacrum, in quâ nos mortales pedetentim ac clanculum ad ignotum ambulamus vitæ terminum. Si properè currimus, mortem cōtemptam secutiprehendimus: Si tardamur desides, Mors nosprehendit nec opinato. Quocunq; passu moveamur, ἐν τῷ ἀπεράτῳ τῆς κύκλις πέρας invenimus, cū desinimus currere. Si lubitum est etiam tibi spectatori esse τῶν σιβεῶν, ecce quid de Echephrone Potidamæo, & Lysiâ Teneate memorant Epidaurii. Descenderunt in certamen
 hi

hi duo Juvenes, religiosi honoris competitores: propositumq; fuit Victori, ut Dianæ Aricinæ sacerdotio, quod uterq; ambiebat, initiaretur. Echephroni tanquam pu-
sillo concessum fuit ab caveâ dextrâ ordiri, incipiente Ly-
siâ ab sinistrâ. Et illius quidem dexteritas brevitati statu-
ræ aliquo modo suppetias ibat: Etenim dum Lysias denos
ac quinos faciebat gressus, ille denos ac senos emetieba-
tur: nec cecidisset victoriâ, nisi magnitudine passuum ab
Lysia fuisset superatus: Nam tantundem ille octonis pro-
ficiebat passibus, quantum Echephron novenis.

Intuere rem ipsam. Cavea sinistra ac dextra è diame-
tro sibi erant oppositæ. Ambitus quâ decurrebatur, ex
lege Gromaticâ deprehenditur 220 passuum seu gressuum.

Idcirco Echephron 110 gressibus prævortebatur Ly-
siam. Dum illi ita circumambulant, conferamus nos
passus utriusq; $\sigma\tau\epsilon\acute{\iota}\omega\varsigma$ ad præcepta Regulæ Arithmeticæ.
Octo passus Lysia æquales sunt novem passibus Echephro-
nis: Igitur quindecim passibus Lysia æquantur $16\frac{7}{8}$ passus
Echephronis. Videmus exinde, cum Lysias toties fe-
cit octonos passus, quoties Echephron novenos, eum oc-
tonis istis passibus vicisse novenos Echephronis, septem
octavis unius passus. Itaq; porro ratiocinabimur: $\frac{7}{8}$ pass⁹
lucratur Lysias passibus quindecim, quot passibus suis lu-
crabitur passus 110, quos Echephron præcesserat? Prove-
nient $188\frac{5}{7}$. Hæc divisa in circuitum, ostendunt octies e-
os circummeasse: deprehensumq; Echephronem ad
centesimum ac vicesimum quintum fermè passum ab
caveâ dextrâ, victori Lysia cedere sacerdotii
honore fuisse coactum.



Πειρήνη πηγή.

Πειρήνης ἱερᾶς δέκα γόργονες ἀμβλύζουσιν.
 Αἶτε Ποσειδῶν ὀλισθηρὰ μελιηδέα κόγχην
 Οὐποῖ ἑᾶσι πέλειν κενεὴν ἐπὶ διψάδι γαίῃ,
 Εἰ μὴ τῶν μυαρῶν ἀσαμίνθῃ ἔγκαια ρύψῃ.

Fons Pirene.

*Aspice Pirenen, ut denâ Gorgone sacros
 Ejaculet latices. Non his Neptunia concha
 Deficit, aut sicco valet exarescere fundo,
 A maculis nisi cum Præfexus viscera purgat.*

IN Acrocorintho seu Corinthiorum arce fons est Pirene: de quâ quid Sicyonij & Phliasij prodant, non erit audire injucundum. Asopum nempe cum filiam à Jove raptam quæreret, & Sisyphum sciret hujus furti gnarum, non potuisse ab Sisypho impetrare, ut eam indicaret antequam in Acrocorintho aquam ipsi largiretur. Eam aquam Pirenen esse, è qua in oppidum rivuli defluunt. Asopum autem ajunt non indigenam esse amnem, sed advenam. Meandrum enim à Celænis per Phrygiam & Cariam delapsum, in Mare ad Miletum erumpere: inde subterfluere in Peloponnesum, atq; illic Asopum fieri: quemadmodum Alpheus è Græcia illæso sub mare alveo in Arethusam Siciliae fontem, & Inopus ut asseverant Delii, è Nilo occulto meatu in Delum Insulam devolvuntur. Hic igitur fons Pirene per decem tubulos seu siphones specie serpentum Medusæi capitis formatos, aquam ejicit limpidissimam

simam in subjectum labrum, effigie conchæ marinæ exci-
sum. Ubi quid labis aut impuritatis fons contraxit, præ-
fectus Pirenes (ἀσαμίνθιον cives vocant) obturatis Siphoni-
bus labrum purgare tenetur, iterumq; reſeratis iis imple-
re. Si quatuor tubulos laxat, tribus horis repletur concha:
*Si autem omnibus apertis siphonibus, liberum aque influxum
conceſſerit, quot horarum ſpatio concham repleti poſſe concludere-
mus?*

4 Siph. — 3 hor. — 10? Facta per Regulam Tri-
um inverſam operatione inveniē⁹ unâ horâ id futurum
& quintâ horæ parte.

XI.

Εἰς Θησέα.

Ἡ Φημὴ σεο θυμὸν ἀταρβέα τ' ἰσχυρὴν αἰεὶ δει,
Καὶ γηῶν, θησεῦ, κάρτε⁹ ἀμαιμάκελον.
Σὴ δ' ἀρετῇ λυγρὴν ἐπιχέουε μέμφε⁹ ὄρφνην
Ὀρκῶν μαψίδιον ψεῦδος⁹ ὑπερβασίς.
Πειριθόος φιλότι⁹ ἔχεις πρὸς λίλυτον εὐχ⁹,
Μινωὶς δὲ τετὴν ἤσθετ' ἀπιστοσύνην.
Δυσσεβίη σ' ἀπόφησιν ὅτ' ἀθανάτων γένε⁹ ἦας,
Ἀλικὴν καὶ κραδίην ἱκελ⁹ ἀθανάτοις.

IN THESEUM.

Magnanimos ausus, invictaq; pectora, Theseu,
Et tua membrorum robora fama canit:
Impia sed tantam minuunt perjuriam laudem,
Et Dolus & turpi fraude fugata Fides.

Piri-

*Pirithoi te claret amor & cura sodalis,
 Perfidiam queritur sponsa Ariadna tuam:
 Sit tibi mens fortis, validi sint corporis artus,
 Dedecus hoc Divûm te negat esse genus.*

THeseus ob ingratitude in Ariadnen, cui salutem vitamq; debebat, & ob jurati fœderis neglectum ac malignam sponsæ desertionem, inglorius ac penè infamis factus est, cum alias inter Heroas esset celebratissimus, & generis splendore, fortitudine animi, ac corporis robore nemini cederet. Nobilitatem generis admirando & prorsus insolente comprobavit argumento. Minos enim amore Peribææ captus, cum in adversantem sibi Theseum multa injuriè ac contumeliosè dixisset, negans ipsum esse Neptuni filium, nisi anulum sponte in mare projectum, in documentum generis referret, Theseus anulum & coronam Amphitrites è profundo reportavit. Magnitudinem animi reb⁹ præclarè fortiterq; gestis demonstravit in expeditione Cretensi, pugnâ adversus Amozonas & Centauros, descensu etiam ad inferos. De viribus corporis mirahæc memorant annales Attici. Cum Athenis Apollinis templum quod Delphinium vocatur, ædificaretur, & jam ad fastigium perductum esset, Theseus urbem ingressus, talari pallâ indutus, comâ eleganter compositâ, cum ad Delphinium accessisset, rogatus fuit per ludibrium ab his qui tectum imponebant, quid ita virgo nubilis sola vagaretur? ille indignatus nihil quidem respondit, sed disjunctis à plaustro istic stante bobus, temonem longè altiùs quam stabant fabri projecit. Monstabatur etiam in Thesei porticu discus æreus, quocum adolescens Theseus certare solitus fuerat, populares Juvenum discos unâ positos, longè superans. Hi enim unius digiti crassitiem;

quatuor autem digitorum ac semissis diametrum possidentes, pondus habebant duarum librarum: Thesei verò discus triplo tantâ in crassitie, in diametro digitos decem ac semissem continebat. *Proinde eum duarum ac triginta librarum pondus superasse, ex lege stereometricâ probari potest:*

Etenim discus vulgaris $4\frac{1}{2}$ digitorum, in areâ habet digitos $15\frac{5}{8}$, ac totidem quadratos dig. in soliditate: atq; is pependit libras duas: igitur libra una comprehendit digitos solidos $7\frac{107}{112}$: Thesei discus in areâ reperitur digit. $86\frac{5}{8}$ in solido $259\frac{7}{8}$:

$7\frac{107}{112}$ dig. — 1 lib. — $259\frac{7}{8}$ f: $32\frac{2}{3}$ lib.

Is ergo Thesei discus, quantò reliquorum juvenum discos pondere excessit, tantò illi majus robur præ aliis fuisse ostendit. Cæterum, præter multa in antiquâ Theseide de hoc Heroë memorata, etiam illud ad Arithmeticam disquisitionem pertinet, quod de ejus itinere, cum Ariadnen abduceret, isthic his versibus cantatum reperimus:

Αὐτοὶ δ' ἰσία λευκὰ θοοῖς τανύοντο νότοισι,
 Σῖγα κατηφίοντες ἐπλήθη δ' ἤτορ ἀνιη,
 Κνωσόθεν αἴσασσι περίκλυτον ποτὶ Δῖαν.
 Τόσας δ' ἡμέριον δολίχης τρέχον, ὅσα πατῆρ
 Δῶκε πολυκλήιδι ταμῆν βυθὸν ἤματα νηί.
 Ζεὺς

Istud est:

*Candida at interea nautæ pernicipibus austris
 Vela dabant, tacitâ sudantes pectora culpâ,
 Dum parvæ properant à Gnosso ad littora Diæ;
 Tot verò dolichos numerabat lapsa diurnos*

Classis

*Classis, quot Soles divinum pater atq; hominum rex
Cærulei dederat ferri per marmora ponti.*

Ad percipiendam Poëtæ mentem, & quot dierum iter istud fuerit cognoscendum, auxilio nobis erit Artemidorus, qui in Periplo ita inquit: ἀπὸ ποταμοῦ ληθαίας περὶ σαρδόνιαν ἀκροπόλιν τῆς ἀκροπόλεως ἐπὶ δία νῆσον, πέντε μίλια ἔστι σταδίων α φ λ ς: id est, A fluvio Lethæo (ad quem Gnosus Cretæ sita est) circumcirca Samonium promontorium ad Diam insulam navigatio est stadiorum MDXXXVI. Quid autem fuerit δολίχον, indicat Isidorus in ἑρμηνείαις, ubi ait: δολίχον μέτρον ἔστι σταδίων κ δ. ὅσον μετρίω ἔρω χρωμένη ναῦς μίαν ὥραν διέρχεται. Hoc est: Dolichus est mensura stadiorū XXIII. quantum spatii navis mediocri acta vento, una horâ emetitur. Hinc colligimus à portu Gnosio ad Diam δολίχως numerari quatuor & sexaginta. Et cum in proposito Thesei itinere dolichii quotidie emensi æquales dicantur diebus in totâ viâ insumptis, Radix quadrata ex 64, nempe 8, ostendit iter istud fuisse octidui.

XII.

Ἐπιγραφή τῆς Κνακῶν πηγῆς.
Κνακῶν λιγυρᾶς ἀπο χεῖρας ἔχεσθε βέβηλοι,
Οὐδ' ἡμῖν γλυκερὸν παρέχω πότον, ἔτε λόετρα.
Ἄν δὲ τελεσφορίην Καρνείω ἐτήσιον ἔρδης,
Ὅσα θέλει θυμὸς πίε, καὶ σέθεν ἄψευα νίψον.

Inscriptio Cnaconis fontis.

*Turba profana manus procul à Cnacone reflecte,
Namq; tibi potum, tibi denego pura lavacra.*

*Quod si Carnejum veneraberis, admove gressus,
Et latices haurito meos, corpusq; lavato.*

CNaco fons est prope Carnejum Laconicæ oppidum, In illum fontem ex Amâ monte per euripos deducitur aqua subalbida in conceptaculum seu craterem marmoreum. Habet verò crater iste in fundo incile per quod aqua effluit: neq; ejus usus conceditur, nisi cum Carneio Apollini rem divinam faciunt: tum enim referantur euripi, labiturq; aqua in craterem, atq; eadem per incilis os angustius defluit. Si obturetur incile, trium horarum spatio repletur crater, obstructis euripis eadem quatuor horis effluit. *Cum autem utrumq; recluditur, ut & influat per euripos, & abeat per incile, quanto tempore replebitur crater?*

Tribus horis crater integer repletur, idcirco unâ horâ ejus triens: similiter quatuor horis evacuatur: ergò unâ hora ejus quadrans. Dempto quadrante de triente relinquatur uncia, seu $\frac{1}{12}$ qua influxus unius horæ egressum superat. $\frac{1}{12}$ — I hor. — I? fac: 12 hor.

XIII.

Ῥὴν τῆς Ἀντιπάτρης.

Οὐ τόσον ῤινὸς κητώδε ἔλκευεν ὄγκου
Πὰρ Σικελῶν ποιμὴν εἰλατίδης κροκαλῶν.
Ὅσ' ἀπεκρέματα πολυδειράδι ῤιγχος ὀπωπῆ
Ἀντιπάτρη, δύο ἢ βήματα μὴν προτρέχει.
Οὐ δύνατ' ἀνδρόφαγος πολυχανδέει ῤινὶ πόλομφειν
Μῆτιν καὶ δολερεῖ κέρδεα Λάρτιάδδ,

Αὐ-

Αὕτη δ' ἔσσομένων ὀκτῆμερον ἔλκει αὐτμῆν,
Εἶδῃ' ὅσ' Ἑλλάς χ' ὅσα ποιεῖ Λάτεον.

Nasus Antipatræ.

*Non tanto nasum tollebat pondere Pastor,
Qui pingves Siculo in littore pavit oves;
Quanta è deformi dependet stiria fronte,
Antipatræ, & passus ambulat ante duos.
Ille, Ithacus parvo quid moliretur in antro
Non sensit, nasi falsus odore sui;
Ast hæc, quàm fiat, prius olfacit octo diebus
Quicquid agit Latium, Græcia quicquid agit.*

Nasatos homines, ut plurimum nasutos esse & πολυπερά-
γμονας non inconcinnè aut præter rem dici solet. Joc⁹
ergò est in vetulam ingens nasi pondus trahentem, quæ
cum antè res olfacere posset, quàm fierent, majore & saga-
ciore naso instructa esse dicitur quàm Polyphemus. *Cæ-
terùm quantus fuerit nasus polyphemi, ut liceat etiam nasuti
nomen vix effugituro exquirere;* sciendum est, admiran-
dam corporis humani structuram, populariter ejus esse
proportionis, ut caput decima sit pars totius corporis: na-
sus, auris, frons, quoad longitudinem, triens capitis.
Erit itaq; nasus triens decimæ $\frac{1}{3} \frac{1}{10}$ hoc est $\frac{1}{30}$ corporis.

Porro, tradunt scriptores fide digni, in Siciliâ non
procul à Drepano repertum fuisse sedens gigantis cada-
ver, quod læva contum cujusvis navis malo majorem te-
nebat. Quo in cineres (ut vetustissimis cadaveribus usu
venit) statim soluto, plumbum quod conto inerat, plus-
quàm mille ac quingentas libras ponderasse, dentes singu-
los

los

los libras novem excessisse, cranii verò partem multos frumenti modios exceperisse. Factâ supputatione, gigantis illius proceritatem ultra ducentos cubitos processisse: Uude Polyphemum fuisse creditum est, qui istis in locis degisse scribitur, *Ἰαυμα πελώριον, ἔδε τ' ἐώκει*

*Ἀνδρίγε σιῶ Φάγω, ἀλλὰ ῥίω ὑλήεντι
ῥψηλῶν ὀρέων: cujus oculus fuit*

Argolici clypei aut Phæbae lampadis instar.

Hinc colligimus nasum Polyphemi fuisse decem pedum, posito sesquipedale pro cubiti mensurâ.

XIV.

Εἰς ἀγεννῆ σοφόν.

*Τίπτε σ' ἀποικομένοιο χρόνος κλέος ἐσθλὸν ἀείρει,
Γαυριάονι' εὐχας εἶνεκεν ἀλλοτρίαι;
Τίπτε μέγα κραδίη πνοέων ἀποφώλεα βάζεις;
Τῆ σὺ ἀμυύεσθαι πατρίδ' εὐμμελίη;
Οὐ δυνάτ' εὐγενίη σμικρὰν νικῆσαι Ἰθάμην,
"Εξοχον ἔτε Φυλῆς αἶμα διοτρεφέει,
Οἶβαλ' ἦν ὑπέταξεν, εἴης ἀρετῆσι πεποιδώς,
"Ενδοξέει τε Φύη καὶ Φρεσὶν ἔγενετῆ.
Λήγεο τ' Φαλάρας ἀρετῆτι κεκοσμέν' ἴσης
Ὅσις ἀν' ἧ δοκέει ἀξί' εὐλογίας.*

In Ignobilem Sapientem.

*Quid te præteriti sustollit gloriae secli,
Erigere & cristas laus aliena jubet?*

Quid

Quid magnum spiras, & inani pondere iactas

Stare tuâ patriam dexteritate solum?

Vincere non potuit sanguis generosus Ithomen,

Nec vetus herœ stemma vel arma domus;

Oebalus hanc priscâ fisis virtute subegit,

Non stirpe, at claro nobilis ingenio.

Ad populum Phaleras: nullo discrimine agetur,

Si virtute valet, Tros, Tyriusq; mihi.

ANno vigesimo belli inter Messenios & Lacedæmonios gesti, cum Ithomen urbem obsedissent Lacedæmonii, ad oraculum de belli eventu Messenii misere: consultantibus respondit Pythia:

Τὴς τρίποδας περὶ Ἴθωμῶν Ἰθωμάτα Διὸς πρῶτον

Στήσασιν δεκάδων ἀριθμὸν δις πέντε, δίδωσι

Σὺ κῦδει πολέμῳ γαῖαν Μεσσηνίδα δαίμων.

Primus Ithomatae Iovis alta altaria circum

Qui centum statuet tripodas, huic numina divûm

Messenien tribuent belli cum laude tenere.

Non dubiam sibi hoc oraculo victoriam promittebant Messenii, quippe qui Jovis Ithomatae ædem intra mœnia sua haberent, nec ullo modo viderentur Lacedæmonii priores posse tripodas dedicare. Ligneos igitur tripodas quamprimum fieri iusserunt, cum ad æreos pecunia non suppeteret. Exceptam hanc Oraculi vocem cum Delphorum aliquis Lacedæmonem pertulisset, nec quicquam apud eos excogitari posset ad prævortendam dedicationem, Spartanus aliquis, nomine Oebalus, homo genere quidem minimè nobilis, sed ingenio vafer & solers,

se se votum hoc præoccupaturum pollicitus est. Magistratus homini promisit, si quarto ab isthinc die opus perfectum reddere posset, astutiæ suæ præmium se relaturum viginti minas: si verò sesquiquarto efficeret, accepturum se minas viginti ac sex; quòd si magis etiam maturaret propositum, ampliorem quoq; ex rata proportione suam fore mercedem. Ille igitur è luto centum exiguos tripodas qualitercunq; finxit, eosq; in perâ occultans tantum assiduitate effecit, ut altero die venatoris ornatu urbem ingrederetur, & nocte superveniente tripodas dedicaret. Ita delusi Messenii, exacto quinto obsidionis mense, Ithomen deseruère, & in potestatem venerunt Lacedæmoniorum.

Non ineruditè disceptabitur, quantum fuerit debitum Oebalo ex lege & proportione præmium? Proportio differentiæ illud nobis enunctiat. Si semisse diei præverterit quatrimum, ejus præmium (supra 20) accrescet 6 minis: quot minis (supra 20) ejus præmium accrescet, si diebus 2, quatrimum præverterit?

$\frac{1}{2}$ — 6 — 2? f. 24 different: præmii.

Itaq; 20 addita 24 efficiunt 44, quæsitum præmium.

XV.

Φιλονίδης καὶ Ἀνδρόγεος δρομῆϊς.

Τῶ τάχεως Μακεδῶν Ἐπαφον τιμῆσι γέραιρε.

Τῶτον δ' Ἀνδρόγεος σφόδρα παρεδράμεεν.

Τὸν μὲν γ' αὐτῆμαρ Σικύων τε καὶ Ἥλις ἑώρα,

Τὸν δὲ καὶ αὐθωρὸν Κύψελος ἠδ' Ἀχέρων.

Phi-

Philonides & Androgeus Cursores.

Magnum Epaphus fuerat cursuræ indeptus honorem:

Ast illum longè vicerit Androgeus.

Vnâ luce Epaphum Sicyon conspexit & Elis,

Vnâ horâ Androgeum Cypselus atq; Acheron.

DE Philonide Epapho Alexandri Magni cursore scriptū invenimus, quod ita se pedetētim adsuefecerit ad cursuram, ut primo die stadia octo decurreret, secundo sedecim, tertio 24. Ita diētim intendens cursum per stadia 8, tali exercitio effecerit, ut tandem unico die Sicyone Elidem posset decurrere, qua in viâ in priori exercitatione insumsisset dies septendecim. De Cyphelensi Androgeo hoc habemus, quod in patria cursu palmam in stadio adeptus, cum corona victrix ipsi impōneretur, repentē ad Acherontem abierit, hoc est; è vita excefferit: Acherontis autem nomine fluvii quinq; celebrati occurrunt, unaq; urbs ejus appellationis ultra Borysthenem sita. Fluviorum primus est Brutiorum in Italia, in sinum Hipponiatem exiens. Secundus Bithyniæ, in pontum Euxinum juxta Heracleam influit: Diverlus ab eo qui in Ripheis montibus ortus, in Mare se exonerat septentrionale: Alius item in Eleâ, quem Alpheus recipit: Itemq; alius in Almēna Epiri, in quem etiam Cocytus illabatur, & propinquum habet lacum Pyrphlegethontem, quibus cognomines fluvios apud inferos fluere Poëtæ memorant: unde & Acherontem videre dicunt, pro eo quod est ad inferos abire, & vita defungi. Abs quocunq; horum fluminum Cypselus Thraciæ urbs longissimo distat intervallo: *Ac quantum sit Elidis ac Sicyonis interstitium, progressionum ad- miniculo ita eruemus:*

Numerus terminorum sublata unitate nempe 16, ductus in differentiam 8. facit 128. His additus primus terminus 8. producit 136, terminum ultimum. Porro iuncta 8 & 136 efficiunt 144: horum dimidium 12, ductum in numerum terminorum 17, producit 1224 stadia: quanta est distantia inter Sicyonem & Elidem.

XVI.

Εἰς Κοσμογραφίαν Τυρκῶν.
 Ὅσον ἄρει σιληρὸν Τυρκῶν γένος ἄμιπελάζης,
 Τόσον Μυσάων τηλόθ' ἄπεσι χόρω.
 Τὴν γαῖαν δῦασαι μὲν ἀεικέσι χερσὶ δαμάσαι,
 Τῷ δὲ νόῳ κρατέειν ἔρανὸν ἔ δῦασαι.

In Cosmographiam Turcicam.

*Quantum Martefero nobis trux Turca propinquas,
 Tantò Phæbeo munere longus abes.*

*Subiectam potis es dextrâ tibi reddere terram,
 Subiectum haud potis es reddere mente polum.*

Accipe inauditam & docendam aniculas Cosmographiam. In libello Turcico Jedikrat inscripto, hunc in modum de Septenarii admirandis nugatur Auctor:

Universa mundi compages, inquit, septenis mensuris distingvitur, hoc est, in septuplum continuato augmento crescentibus: sic ut superior quæq; portio infra se positam septuplo interstitio superet. A centro terræ septem surgunt mensuræ (ultgiler) ad Karanlyk, hoc est, Tenebras: inde septies tantò est ad Tsok. Porro ad Gehennem

nem

nem eadem fervatur ratio, quo in loco Giauler, id est, infideles (ita Christianos indigetant) inter calorem & frigus cruciantur. Dehinc consimili proportione Azen Toprakung seu Terræ superficies extima attollitur. Inde ulterius transgresso aëre, dæmoniorum habitaculo, ascenditur ad Lunam, Mercurium, Venerem, Martem, Jovem, Saturnum, & supremum horum Solem. A Luna autem ad Solem usq; singulas Sphæras inhabitant Genii, partim benevoli, partim maligni. Bonorum Geniorum Principes recensentur, Schubhe, Ochumak, Schenlyck, Pek, Kadirlyk, Koga, hoc est, Nutrix, Scientia, Deliciæ, fortitudo, Potentia, Ætas longa. Nequam Geniorum duces sunt, Taja, Kisbiallyam, Zina, Ograsch, Salemlyk, Hastalyk, i. e. Instabilitas, Dolus, Luxuria, Bellum, Tyrannis, Morbus. Supra Solem est Basch, à quo tanquam Rege ministeria reliquorum coërcentur & infunduntur mortalibus. Inde est Rahateile seu requies, ad portas usq; cœlorum: quo loco defunctorum animæ ad extremum mundi diem reservantur, & ubi Judicium habiturus est DEUS de omnibus qui vixerunt hominibus, ac Musulmannos in propinquam & infinitam cœlorum sedem translaturus.

Egregium eruditionis Barbaricæ monumentum! in quo intueri licet, immanem hanc gentem, quæ truculentia & armis magnam sibi terræ partem subjugavit, ingenio sibi cœlum subjugare non potuisse, longeq; abesse à verâ Musarum gloriâ & scientiâ siderali.

Ubi rationem inierimus ad legem progressionis Geometricæ,
reperiemus terræ semidiametrum complecti mensuras

137256: à Centro autem infimo ad extremum
cœlum numerari mensuras

5538821861599.

d 3

XVII.

XVII.

Τῆς Ναυσικάης μῆλα

Κήπηθεν σρέψασα δυοῖν οἰκόνδ' ἀμ' ἑταιραῖν
 Ναυσικάη, πρόφρων Ἀλκινόοιο πάϊς,
 Περικνὸν ἰὸν δροσύεν τε ρόδον, σμοῖονθ' ὑάκινθον,
 Χρύσεια τ' ἐν πλεκτῶ μᾶλα φέρειν παλαρῶ.
 Οἱ δ' ἄρ' ὀπώρινον αἰτῶσαι γέρας ἀντίον ἤλθον
 Φοιηκῶν κῆρα κάλλει λαμπόμενα.
 Αὐτῇ δ' ὄσασα, ἔφη, νυμφαῖ ἐτέ, τόσσα ἐκάστη
 Ἐξες' ἀργυρέα μῆλα λαβεῖν καλάθῃ.
 Τῶν ἑκάτον τρεῖς ἐνεῖν, ἀπολείφθῃ δ' ἑνδεκα, δῶρον
 Νυμφίῳ, εἰλικρινῶς τέκμαρ ἔρωτῶ, ἐμῶ.

Nausicaæ Poma.

Candida virginibus quondam comitata duabus
 Nausicaa, Alcinoi filia cara Patris,
 Dum redit ex horto, violas tristemq; hyacinthum
 Lectaq; virgineo pollice mala gerens,
 Obvia Phæacum portis egressa Juventus
 Pomonæ hanc hilari munera voce rogat:
 Illa refert: quot vos video, tot poma puellæ
 E calatho vestrum carpere cuiq; licet;
 Ter centum tuleram, mihi nunc undena superjunt,
 Ista feram sponso munera grata meo.

Quot fuerint puellæ, ita investigabitur. Undecim reli-
 cta poma si auferantur ab 300 remanent 289: Et quia
 singu-

singulæ tot acceperunt poma, quot ipsæ erant numero;
Extracta Rad. quadr. è 289 ostendit 17 fuisse virgines, &
totidem poma unamquamq; accepisse.

XVIII.

Τῆς Δέρριος προίξ.

Ὀλβον, Δέρρι, τεῶ πατρὶ πότμος ἀφείλετο, τοὶ δὲ
Ἄμπαλιν ἢ ἀρετὴ πλῆτον ἔδοκε μέγαν.

Ἄγνοσυνὴ κέραις Φέρνη καὶ κληρὸς ἄγαυος.

Κάλλιμον ἢ σόφρων πάρθενος ἔδνον ἔχει.

Dos Derrhios.

Quicquid Derrhi tuo fors abstulit invida patri,

Hoc pietas meritis reddidit omne tuis.

Sancta pudicitia est castis dos prima puellis:

Quæ tenet hanc virgo, non sine dote venit.

DEmonax Amyclæus mercator, vir bonus & Deorum
cultor non parcus neq; infrequens, cum fortunæ aleâ
bonorum intertrimentum passus, filiam Derrhin popula-
ri suo Xantho Amphisthenis filio despondisset, nec quid
daret dotis haberet, inops consilii Therapnas proficisce-
batur, in viâ autem deflectens ad delubrum Jovis *πλοσία*
seu Divitis, ad ripam Eurotæ structum, visus est DEUM si-
bi in somnio dicere, *λαβὲ τὸ ἔω' ἐμῶ χεῖρσιν καὶ δόσον*. Il-
le scrutatus sub simulacro DEI, reperit in risco latitantes
ducentas stateras aureas. Illico igitur Miletum Cariæ na-
vigavit, mercatusq; asinos Amysonios, eos in patria ven-
didit, ac quæstum fecit satis uberem. Reddidit ergo DEO
sa-

sa-

facram pecuniam: Iterumq; navigans in Cariam, num-
mis, quos lucrificerat, simili quâ prius ratione asinos præ-
stinavit, eosq; pari itidem lege vendidit, & postremâ hac
negotiatione lucrum fecit quinquaginta staterum, quos in
dotem filia unâ cum priore lucro destinavit.

Quam dicemus fuisse integram Virginis dotem?

200 — N — N — 50.

Duo extremi numeri in se ducti faciunt 10000. tan-
tundem & intermedi, æquales sibi invicem: igitur extra-
cta ex iis Radix quadrata 100 designat lucrum medium:
Hoc junctum lucro ultimo 50, facit 150 stateras: hoc est
31 minas & 50 drachmas: quæ fuit dos Virginis.

XIX.

Τέμπη Ἐπιδάφνια.

Ἀντιόχης ἐσιδῶν ἑαροτρεφέας λειμῶνας,
Ἄλσεα τ' εὐθαλόεντα, καὶ ὄρχαλον ἀγλαόκαρπον,
Μηκέλ' ἀταιῆσαι ἐριθηλέα κῆπον Ἐλώης,
Οὐδέγε Τευμέσση λόχμας, ἔ Τέμπεα γαίης
Αἰμονίης, Πηνειὸς ὅπερ κατ' Ὀλυμπον ἀναρρεῖ.
Τερπωλῆς τέμεν' ὅπερ ἐλέλαι Ἐπιδάφνια τέμπη.

Tempe Epidaphnia.

*Formosa Antioches loca felicesq; recessus;
Pictosq; eternâ cum cernis Iaspide campos,
Desine Teumessum mirari, & Heloria tempe,
Et quos Emathiis despectat Olympus in oris,*
Pene-

*Peneusq; lavat stagnanti flumine lucos
Vna voluptatis sedes Epidaphnia Tempe.*

TEmpe ab scriptoribus vocantur loca amœna & perpetuò vere voluptuosa, arboribus opaca, irrigua fontibus, avium concentu canora, deliciis ac luxui sacrata. Celebrantur Tempe Teumesia Bœotix non procul à Thebis. Itidem Heloria, in Sicilia ad Helorum fluvium. Præcipuè nobilitata leguntur Tempe Thessalica, inter Olympum & Ossam montes, ad ripas Penei fluminis: quib; amœnitate non cedunt Tempe ad Antiochiam Epidaphnen.

Ita vocabant nemus urbi propinquum, quod ad Orgyas excurrens ducentas ac quadraginta, in latitudine sua habebat Orgyas centum quinq; & triginta. In intimo ejus recessu viridarium *αειθαλές* conspiciebatur, cujus longitudo dupla erat latitudinis, comprehendebatq; amplitudine suâ loci semissem.

Volupe erit ingressis hac tempe, laterum viridarii perquirere dimensionem, & quam procul illud à nemoris extimo absit investigare.

Ductis 240 in 135 procreantur 32400 integra loci superficies. Ejus dimidium occupat viridarium: nempe 16200. Et cum longitudo dupla sit latitudinis, erunt hîc duo quadrata æqualia, singula 8100 Orgyarum.

Radix quadr. è 8100 est 90, latitudo: duplum 180 longitudo: differentia laterum longiorum scil. 240 & 180 est 60, quorum semissis 30 latitudo nemoris ab una parte. Differentia 135 & 180 est 45: semissis 22½ ejusdem nemoris latitudo ab altera parte.

XX. Τρι-

Τρίκρανον καὶ Ἀραντία.

Φλιασίων ἄπο Δέλτα καὶ Ὀμικρὸν ἐλήλυθεν ἄγρων
 Ἔς τὸ Κορινθιακῆς ἔθμα διασπολῆς.
 Ὅπποτέρῃ μείζων περὶ κοιλάδ' ἔπλετο γαστῆρ,
 Καὶ πότῃρ σενάρον σώματ' ἦε μέν',
 Πυλὸν διεσχίζοντο. Θεμισόνομος δὲ Κόρινθ',
 Ἰ' θείην ἔπεσιν τοῖσιν ὄρεξε δίκην.
 Δέλτ' ὡῶδες ἔχει, τὸ δ' Ὀμικρὸν σχῆμα τρίγωνον,
 Ἴσας δὲ κλάσθε ψηφίδας ἀμφοτέρω.
 Εἰπέ γεωμετρικῆς πρόφρον τέχνης ἐπίσορ,
 Ἀρράγε μὴ θέμιδ' ἔπρῳρεπεν ἡ σαχάνη;

Tricranum & Arantia.

Ad sapiens Ephyræ quondam venere tribunal

Scripta in Phliao Delta Omicronq; solo:

Vtrius ampla magis gestaret pondera corpus

Atq; utrum gravius ferre valeret onus;

Quæsiwere diu. tandem componere litem

Iudicio properas magna Corinthe tuo.

Omicron triquetram atq; ovalem delta figuram

Possidet, & pariles computat urna notas.

Dic, Geometricas exercens gnauiter artes,

An sacra seruarit sic sua jura Themis?

PHliaoform castella duo memorantur, Tricranum &
 Arantia: Illud triangulari formâ & imagine τδ Δέλτα
 litte-

litteræ Græcorum quartæ exstructum, ac tribus propugnaculis munitum fuit, distantibus à se invicem pedibus CCCCXX: CCCC: CCCLX. Hoc figuram ovatam obtinuit, quo Omicron pingitur, cujus diversæ semitæ umbilicum transeunt, qua latior erat, pedum fuere CCCCXX: qua strictior, CCLVI. Disceptatum fuit apud Corinthios, utrum horum plurimum capax esset præsidiariorum. Illi prolixior ambitus, huic laxior forma amplitudinem majorem videbatur promittere. Re per $\mu\eta\tau\alpha\varsigma \alpha\gamma\epsilon\sigma\iota\sigma\iota\mu\epsilon\tau\alpha$ perpensa, pronunciatum fuit, æqualem esse utriusq; conditionem, & parem inveniri utrobique capacitatem.

Non injustam tulisse sententiam Finitores, auxilio Geometriae & Arithmeticae probatum ibimus.

Ambitus Tricrani est 1180. A dimidio ejus abstracta singula latera relinquunt 170. 190. 230. Hæc in se & in semissem ducta procreant 4383110000: è quibus extracta Radix quadrata, 66205,0602 est amplitudo Tricrani.

Arantia Diameter major 330, minor 256. Multiplicatis his inter se producuntur 84480: quorum Radix proxima 290 æquata diameter. Ejus ambitus ped. 911, area 66079: quæ à priore tantum differt ped. 126.

X XI.

Μῆλα τῶν Κυκλώπων.

Μηλονόμον Πολυφῆμῃ ἐρώτα ξεῖν Ὀδυσσεύς
Πληθὺν τῶν οἴων διζήμενός ὅς δ' ἀπάμειπτο.

Ὅσ' ὅσοι ἠλιβάτων ὄρεων ὑψηλὰ κάρηνα
Κύκλωπες ναίουσιν ὑπέρβιον ἦτορ ἔχοντες,

e 2

Τοσαυ-

Τοσαύτας ποιμνῆς εἴχας ἀνθεμόεσσι ἕκαστος
 Βόσκεται ἐν θήσασιν· κατὰ πῶεα δ' ἐσὶν ἕκαστα
 Τῶν μῆλων πενήτη πλάσιον μὲν. ἂν δ' τ' ἀριθμὸν
 Ἐμμελὲς ἀλφειῆς, τότε μύρια τέτταρ' ἀνεύροις
 Βριστομένων μάζης τε καὶ ἔθαλα κομαιοσῶν.

Oves Cycloporum.

*Hospes Thrinacias Ithacus delatus ad oras
 Cycloporum miratur oves, numerumq; requirit:
 Olli Pastor ait: Quotcunq; cacumina montis
 Aetnaei fratres habitant corda alta gerentes,
 Tot sibi quisq; gregum pascit sub valle catervas.
 Ast in quosq; greges ovium est vis quintupla: Quod si
 Nosse juvat numerum, Lastrigonis Insula terræ
 Mille quater decies per prata virentia passim
 Nutrit oves, dulci distentas ubera lacte.*

CUm quintuplo major dicatur fuisse numerus ovium in
 singulis gregibus, quàm fuerunt greges, divisus ovi-
 um numerus in 5, efficit 8000: quorum Radix cubica est
 20. Tot fuere Cyclopes, totidem habuit quisq; gre-
 ges. Fuere ergo in universum 400 greges, & cuiq; Cy-
 clopi oves 2000.

XXII.

Φάτνη τῆς Μινύας;

Εἰκόνα τῆς Ἰωπέως τήνδ' ἔσῃσον παρὰ Φάτνην,
 Θεῶν δ' Ἀφνειῶ ἐνθάδ' ἄγαλμα θεῶ.

Præ-

Præsepè Myniæ.

*Non Eponæ decet hæc pingi ad præsepia vultus,
Sed Pluti fas est hoc stet imago loco.*

MYniæ ærarium, quod apud Orchomenios auro stiparat Mynias Boetorum Rex tantâ copiâ, ut inter ostenta præteritorum seculorum fuerit numeratum, præter alia divitiarum receptacula, tres habuit ζυγάστρας five capsas corio intectas, quæ suis indigitabantur nominibus, Σπάρρανον, Φάτνη, Σκάφωv, Cunæ, Præsepè, Matella. Φάτνη omnium capacissima in modum præsepis efformata, pari profunditate & latitudine, sed quadruplo longior, capiebat λίτρας τετραρακοντάκις καὶ ἐπτάκις μυρίας, ἑξακιχιλίας, ἑξακοσίας καὶ πεντήκοντα ἕξ, nempe 476656 libras auri.

Ad hanc tam opulentam præsepem, tam magnifici depositi custodem, non Eponæ imago pingenda est, quæ in equilibus ac jumentorum stabulis juxta præsepis poni consuevit, & per quam equisones mulionumq; turba jurabant; sed Plutus opulentia Deus ac Præses hîc meretur statui, cujus favore tantus auri divitiarumq; cumulus coactus stipatusq; fuit.

Verum enim verò si te instigat curiositas præsepis hujus perquirere dimensionem, in auxilium vocabis auctorem ὠβελῶν ὄγκωv σαθρικῶv ita dicentem:

Ἄρθρον δεκάτη τῆς λιχάδος δυνάμει ἢ δέθρον κυβικὸν ἡμίλιτρον χρυσῶ διλονοῖ πέντε μνάς, τὸ ἢ τάλαντον τὸ Ἀττικὸν ἕξ λίτρας χρυσῶ.

Hoc est:

Arthrum (convenit ferè digito Romano) decima est pars Lichadis. Pendet autem arthrum cubicum selibram auri, nempe quinq; minas: Talentum verò Atticum sex auri libras. Cùm itaq; cubus auri ex omni latere δέθρον

tenens, se libram ponderis faciat, colligitur præsepe istud comprehendisse 953312 *ἀεθρα*, seu digitos cubicos. Et quia longitudo quadrupla fuit latitudinis, divisa 953312 in 4, producunt 238328: quorum Radix cubica designat latitudinem & profunditatem præsepis, nempe 62 digitorum, seu 6 *λιχάδων* duorumq; *ἀεθρῶν*: ac longitudinem 248 digitorum.

XXIII.

*Χρησμός Σωραϊῶ & Παταραϊῶ.
 Ὅσπερ μένειν κρατερῶ ἐνὶ πυθμέν' ἀπήμονας οἴκας,
 Νέμμις δ' κερῶν μείλια Σῶρα θέλει.*

Oraculum Soranum, & Pataraeum.

Ne titubent aedes, cessent ut damna, puellas

Non ambit, nummos sed sibi Sora petit.

Soræ nomen multis fuisse urbibus invenimus, Habuit ejus appellationis urbem penitissima India, regiam olim sedem Arcati: Habuit atq; etiamnum habet Italia celebrem & à plurimis decantatam; de qua Satyricus, optima Soræ, Aut Tabrateriae domus aut Trusino paratur: Et per quam parasitus apud Comicum jurat, cum ait: *Νὴ τῶν Σῶραν, ἢ τῶν Πραίνεσσον.* Sed nec Dania suam ignorat Soram, literarum & armorum studiis florentem, quæ & mihi jus civitatis largita est, & hæc scribendi ingenium oculum concedit. Ea verò Sora de qua jam sermo erit, oppidum fuit aut villa potius Lyciæ regionis (Suram alii nominant) inter Phellum & Myram ad Xanthi fluminis ripas.

Hæc

Hæc urbs celebris olim fuit Oraculo, quod qui consulebant è piscibus objectas offas haurientibus captare juebantur auguria.

Delubrum Apollinis unde edebantur responsa πολύλωμον cognominarunt, quod aras haberet quam plurimas. Venerunt ad istud Oraculum Telmessi urbis ciues, remedium quæsituri periculorum & damni, quod à terræ motu patiebantur. Illis ita respondit DEUS:

Ὅσοι ἐμῶ ἐτέθεν βωμοὶ ἱερῶ ἐνὶ ναῶ
 Τόσας πᾶς τις ἔχει μύσας, ἐμοὶ ἤρα φέροντας.
 Νῦν δ' ἴσας βωμοῖσιν ἐκάσῳ χρυσεοειδῆς
 Δόσκει κόρας Τέλμησε, τεῆς ἄκος ἔσχαλον ἄτης.

*Quot Telmesse meo fumant altaria templo,
 Tot cuiq; adsistunt Mystæ, ad sacra ritè vocati.
 Nunc quot sunt aræ, facito ut tot quisq; sacerdos
 Possideat rutilo fulgentes ore puellas.*

Telmessii arbitrati sese impares esse solvendo quod imperasset Oraculum, ad Lycias sortes & Apollinem Pataraum se converterunt. Quî enim quinquies millenæ octingentæ ac triginta duæ puellæ in uno oppido inveniretur? aut si essent, quis eas sacerdotibus mancipandas permitteret? Ille consulentibus ita infit:

Οὔτοι τῶν σφετέρων παιδῶν Σωραῖι Ἄπολλων
 Κήδετα; ἀλλὰ κόρας χρυσῶ πεπονημένα τέκνα
 Αἰτεῖ, τὰς γλυφίης δεδαημένῳ ἄκμονα τίπλων
 Ἡροσε, πρυτελές τιμῆς ἐπι σῆμα χαράξας.

Non

*Non vestras poscit gnatas Soranus Apollo,
Sed quas stridenti sculptor incude subactas,
Fusile dum furvis fornacibus eliquat aurum,
Progenuit, magniq; impressit signa valoris.*

Intellexere igitur se deceptos esse τῆς χάριτος voce, quam ipsi de virginibus interpretabantur, cum aureæ monetæ nomen esset Lyciis usitatæ, dimidium pendentis *σατῆρος*: in cujus uno latere τῆς χάριτος seu Proserpinæ imago, in alterâ acerra signata visibatur. Ejus ergo monetæ indictum sibi divinitus numerum sacerdotibus miserunt. Nec multo post movere terra destitit.

Quot fuerunt ara templi? & quot sacerdotes?

Radix Cubica ex 5832 est 18: Tot fuere aræ; ac sacerdotes 324.

XXIV.

Εἰς Φησεολὶν νῆσον.

*Ἀμφὶ σέθεν συχνὰς ναύτης ἠθάσατο πνοίας,
Καὶ σεο, Φησεολίς, Φεῦγεν ἀπ' ἠϊόνων.
Ἡδὴ πρὸ τίλει πολυηχέας ὄσπρια Φύσας,
Τῶτ' ἐπὶ Ἰπποκράτης ἦλθε διὰ σώματος.
Τῶ Πρώκῳ τε τελεῖτε, κῆρα ῥεζετε πόρθη,
Φεύγοντες μεγάλα δόγματα Πυθαγόρα.*

In Phaeolin Insulam.

*Vnde putat crebros circum te surgere ventos
Et tua Phaeolis littora nauta fugit?*

Nempe

*Nempe comesta graves generare legumina flatus,
Enthea divini vox docet Hippocratis.*

*Sacra Cloacinae facitote olidæq; Mephiti,
Qui fugitis magni dogmata Pythagoræ.*

PHaseolis insula est Olympo monti vicina, è Phaseolorum aliorumq; leguminum nobilitate celebrata, quorum istic frequentissima fiebat κατ' ὀπίσιλον Φουτεργίαν ad pedes singulos plantatio. Perhibent nautæ, circa illam Insulam crebras esse tempestates, & ventorum perpetua audiri sibila. Unde joculari fama vulgatum est, è frequenti leguminum esu istos excitari flatus: ὀσφεία enim Hippocrates προσθοποιά & flatuosa affirmat. Quamobrem & Pythagoras iis vesci seriò interdixit. Sed hoc certè insolens fuit & observatu dignum in hoc leguminis genere istic nascentis, quod in singulis scapis æqualis deprehendi memoretur valvulorum concharumve series, & in iis granorum æqualis numerus: adeoq; tantam esse soli benignitatem, ut ex semente nihil deperiret. Ejus rei periculum factum ajunt à Dotii urbis civibus, qui faventiam experturi tam fœcundæ Genetricis, defixo in terram grano phaseoli uno, fructum ex eo enatum studiosè sustulerint, alteroq; anno magna cum industria plantarint: atq; ita continuantes hanc consituram, anno quinto proventum retulerint tam uberem, ut ad centurias tres semente complendas, jugera duo, actus decem, pedes 32 defuerint.

Fidem dictis largiti, si exquirere lubet, quotupla fuerit annua grani cujusq; progerminatio? quintum reperiemus enunctiari progressionis Geometricæ terminum. Surfolidum scilicet: cujus Radix quæsitum numerum definit. Cæterum centuriam populus Romanus appellavit modum agri, ducentorum jugerum: Jugerum complectebatur
f
actus

actus 24, hoc est, pedes 28800. Actus verò pedes 1200. Ex eo colligimus sementem illam pedes comprehendisse quadratos 17210368, è quibus extracta radix fursolida, ostendit annuam progerminationem fuisse octuplam ac vigecuplam.

XXV.

Δρυς καὶ Πέλεια.

Θεσπρωτῶν ἔλθων χρησμῶ ποτὶ θεσκελονόμφην,
 Θῆς πρῶτον χρυσῶ μείλια μυσοπόλοις.
 Χρυσοχόην διὸ, Δωδώνη, σ' ἄνδρες καλέεσκον,
 Χρυσείοις δώροισι πάντοτε τιομένην.
 Σοὶ γὰρ παγχρυσῆος ἐνὶ Δρυὶ θάλλεται ὄζω,
 Χρύσεια τ' ἐν νοσισαῖσι ὡὰ Πέλεια φέρει.

Quercus & Columba.

*Thesprotum quicumq; ades huc oracla rogatum,
 Aurea θες πρῶτον munera sacrificis.*

*Hinc te Dodona Aurifluam cognomine dicunt,
 Cui tellus aureas undiq; fundit opes.*

*Nam tibi fatidicâ glans nascitur aurea Quercu,
 Aureaq; in nidis ova Columba parit.*

DOdona Epiri oppidum à nonnullis Geographis Chaoniae annumeratur à plerisq; Thesprotiae. Hæc urbs ab omnibus Scriptoribus decantata reperitur ob Jovis Oraculum, quod qui consultum advenerant, in *μαντείῳ* aureum munus deponere jubebantur: unde loco isti ingens
 accre-

accrevit Thesaurū, & urbs ipsa *χεροσυχόνος* cognomē meruit. Hoc autem *μαντείον* in bina distinctum fuisse sacraria memoratur. Alterum eorum *Δρυς* id est, Quercus vocatum, plures comprehendebat *ædiculas*, quarum singulæ tot circum se *riscos* habebant, quot ipsæ erant numero. Servabātur autem in *riscis* singulis totidem *Cistellæ*, quot numerabantur *ædiculæ*, & *cistellarum* unaquæq; quot ipsæ erant tot comprehendebant aureos, quorum singulorum pretium totidem censebatur drachmis quot dixi esse *ædiculas*.

In altero sacrario à columbis fatidicis *πέλεια* appellato, octo asservabantur capsulæ, singulæ C C X minas ac drachmas XXIII comprehendentes. Universum illum Thesaurum sex talentorum millibus *æstimatum* fuisse Thesprotiorum produnt Annales.

quot fuere in μαντείῳ ædicula, risci, cistella, aurei?

Talentum drachmas habet 6000. Mina drachmas 100. idcirco in alterius Sacrarii capsulis singulis deprehendebantur drachmæ 21024: in octo capsulis, 168192. Sextalentorum millia drachmas continent 36000000: à quib⁹ ablatae drachmæ alterius sacrarii 168192, relinqvunt 35831808 drach: Hujus numeri Radix B surfolida (septena enim fit ejusdem numeri ordinatim multiplicatio) ostendit numerum *ædicularum*, nempe 12. Quocirca 144 *riscos* & 1728 *cistellas*, atq; in iis 2985984 aureos, duodenis drachmis *æstimatos* fuisse enunçtiabimus.

XXVI.

Τῆς Υγείας ἀγαλμα.

*Ἀργύρεον Μεγαρεῖς Υγείῃ θῆκαν ἀγαλμα,
Τυτθὸν, τῷ πλῆτῳ λάϊνον ἠδὲ μέγα.*

f 2

κεῖσ-

Κρείσσον γὰρ πένεειν ἄνοσον, καὶ κάρτος ἔχοντα,
Ἡ' πλετεῖν υἱσῶν μάστιγι μαρψάμενον.

Sanitatis Statua.

*Parvam ex argento statuam sacravit Hygeia,
Urbs Megara: at magnam è marmore Plutotibi,
Nempe valetudo, firmumq; in corpore robur,
Divitiis magnis stat potiore loco.*

Quantum divitiis præstet bona valetudo, Megarenses ostendere voluerunt, cum in arce Cariâ statuam Hygeiæ exiguam ex argento factam adstituerunt lapideo Pluticolosso. Quò enim nobilius argentum lapide, eò optabilior sanitas etiam moderata præ magnis opibus. Sanitas inquam, non corporis tantum, sed imprimis animi, quâ qui destituitur, propriè insanus appellatur. Istud Hygeiæ signum ἐκκαίδεκαλίτραιον Megarensis fecit Briaxis, conflatum ex argento Turditano, Æginao, & Parnetico: stetitq; signi materia aureis stateribus quadraginta. *Quanta argenti cuiusq; portio ad signi χύσιν adhibita fuerit, quò difficilius videtur indagatu, eò invenire erit jucundius.* Auctor πρὸ ὄγκου σαθρικῆς auxilio hic nobis aderit, ita inquit:

Τὸ μὲν ἀργύριον τὸ ἐκ πάρινης τῆς Ἀπικῆς καὶ λήμνης νήσου Ὀτελέσαιον ἴσθι. Τὸ δὲ ἐκ Ταρδιτανίας τῶν Ἰβήρων καὶ Τρωάλης τῶν Σάρδεων, τιμιώτατον; ὡς δ' χρυσῶν σατήρων τὴν λίτραν αὐτῶν σαθρικῶν, καὶ διπλοῖ τιμηθῆναι τῷ παρηνητικῷ. Τὸ δὲ χίον καὶ Αἰγναῖον, καὶ Δικταῖον τῆς Κρήτης, εἰς ἡπείραι ὑπὸ τῶν Ἰβερικῶν: Hoc est:

Argentum è Parnete Atticæ monte & Lemno insula effossum vilissimum est; quod autem è Tarditania Hispaniæ & Tmolo Sardium mittitur, pretiosissimum: ita ut ejus libra quatuor stateras aureas valeat, & duplo plure æstimetur

metur

metur quàm Parneticum, Chium verò argentum & Æginæum & Dictæum Cretæ, triente libræ superatur ab Hispano.

Hinc ita ratiocinamur: Signum sexdecim librarum stetit stateribus 40. igitur una libra stat $2\frac{1}{2}$. Ac porro

$$\text{lib. arg.} \left\{ \begin{array}{l} \text{Parnetici} \text{ -- } 2. \\ \text{Æginæi} \text{ -- } 3\frac{1}{2}. \\ \text{Turditani} \text{ -- } 4. \end{array} \right\} \text{Stater:}$$

$$2\frac{1}{2} \left\{ \begin{array}{l} a \text{ b} \text{ -- } 2 \\ b \text{ -- } 3\frac{2}{3} \\ a \text{ -- } 4 \end{array} \right\} \text{diff.} \left\{ \begin{array}{l} 1\frac{1}{2} \quad 1\frac{1}{8} \\ \frac{1}{2} \\ \frac{1}{2} \end{array} \right\} \text{Summa differ. } 3\frac{2}{3}.$$

$$\text{Sum. diff.} \text{ -- } 2\frac{2}{3} \text{ -- } 16 \text{ lib.} \text{ -- } \text{diff. sing.} \left. \begin{array}{l} 2\frac{2}{3} \text{ -- } \Pi \frac{7}{11} \\ \frac{1}{2} \text{ f. -- } 2\frac{2}{11} \\ \frac{1}{2} \text{ -- } 2\frac{2}{11} \end{array} \right\}$$

Itaq; Parnetici adhibitæ fuerunt libræ undecim, uncia 7. duella una. Æginæi ac Turditani sigulorum duæ libræ, totidem uncia ac $4\frac{4}{11}$ scriptula.

XXVI.

Σιτάλκας.

Σκληῆρα γε, μῶρα, πάλαι, σοφὰ μιλὰ τε χρυσ-
μολογῶντα,

Λᾶς, δᾶρον, χρυσός, χαλκός ἔτευξε θεόν.

Sitalcas:

Dura & stulta olim, cata, Mixta oracla loquebar,

Marmore Ligno, Auro faelus & Ære Deus.

f 3

Apud

A pud Delphos statua est Apollinis cognomento Sitalcas, facta è mulcta, quam Phocensibus irrogarunt Amphictyones, quod sacrum solum coluissent. Ejus statuæ pars quinta ex ære est, septima ex auro, semissis ex ligno, reliquum quod cubitos habet $5\frac{1}{2}$ è Marmore Pario. Diversa & dispar statuæ illius materia, diversa & non ejusdem æstimii responsa ab ipso dari solita, denotare existimabatur, interdum sapientis & pretiosi oraculi vocem plebs capiebat interdum stulti & lignei! Nonnunquam responsum ferebat durum & quasi lapideum, interdum mixtum ac dubium: quemadmodum ex confusa & diversa materia æs conflatur. Quapropter non magni nominis aut existimationis, nisi apud plebeculam, ejus responsa habebantur.

Totius autem statuæ mensuram facile erit indagare.

Sit ea 1 R. Ejus $\frac{1}{5}$, $\frac{1}{7}$, $\frac{1}{2}$ ac insuper $5\frac{1}{2}$ faciunt $\frac{59}{70}$ R. $\mp 5\frac{1}{2}$ æqual. 1 R. Demp'tis utrinq; $\frac{59}{70}$ R, relinqvuntur $\frac{11}{70}$ R. [$5\frac{1}{2}$, & 1 R [35, Fuit ergo statua cubitorum 35. Quinta ejus pars est septem, septima 5, semissis $17\frac{1}{2}$. Hæc unà cum $5\frac{1}{2}$ quæ supererant, efficiunt 35. cub.

XXVII.

Ἀνάθημα τῆς Κροΐσθ.

Λητοΐδῃ λήθητα φέρει Κροΐσθ, Φιάλην τε,
 Καὶ τρίποδ' ἀλλοίην ἀμφοτέρωθεν βάσιν.
 Τούτῳ μνάς σαθμὸν τρεῖς πεντήκοντα Κλεάνθης
 Θῆκεν, εἰς ἔργῳ κυδαλίμῳ παλάμων.
 Βασάζων λήθητα τρίπυξ κομιδῇ ζυγὸν ἔλκει,
 Καὶ μένη τρίπλυν σαθμὸν ἔχει Φυάλη

Τὴν

Τὴν Φιάλην δ' ἐπιθεῖς τρίποδι, πλάσιξινομίῳσας,
 Λήβητ' & διπλῶν σάθμ' ἀνεῦρε ῥοπήν.

Donarium Cræsi.

Lebes & patera à Cræso tibi Phæbe dicantur,

Quiq̄ ferat donum corpore utrumq̄ tripus.

Huic pretium minas ter quinquaginta Cleanthes,

Quem dextrâ artificii fecerat ipse, dedit.

Si tripodi tentet lebetem imponere pensor,

Triplatum pateræ dicet habere modum.

Pendatur patera, & superabit pondere duplo

Lebetem, tripodi consociata suo.

CRæsus Lydorum Rex Apollini Delphico donarium
 dedicavit ex auro, pateram & lebetem, Tripodem.
 Tripus centum quinquaginta minas pependit, Lebes au-
 tem tripodi impositus triplum habuit pateræ; at patera
 tripodi imposita lebetem duplo superabat. *Quod fuit cu-
 jusq; pondus sigillatim?*

Sit lebetis pondus $1R$. erit idem tripodi impositus
 $1R + 150$. Hæc triplum sunt pateræ. Igitur pateræ pon-
 dus est $\frac{1}{3}R + 50$. Junctæ patera tripodi habebit $\frac{1}{3}R + 200$
 æqualia duplo lebetis, hoc est $2R$. Demptâ utrinq; $\frac{1}{3}R$,
 relinqvuntur $1\frac{2}{3}R$ [200: & $1R$ [120. pondus lebetis. Por-
 rò junctus tripodi lebes habebit 270, quod triplum esse
 pronunciatur pateræ separatim pensæ: erit igitur patera
 90. Eaq; appensa tripodi ponderabit minas 240;
 duplum scilicet solius ac nudi
 lebetis.

XXXVIII.

XXVIII.

Υς Βοιωτία.

Μῆλα θεὸς Δῆλος Βοιωτικὸν ἤτεε δῆμον,
 ὅς δ' ἀντ' εἰροπόκων πρήσφερε δένδροφυῆ.
 Χωόμενος λαῶ γέλασεν θεὸς ἄφρονα μῆτιν,
 Πῶυ τ' ἀπὶρρήτοις πάμπαν ἀφείλεν ὄροις.
 Ἀντ' οἴων δὲ σύας δῶκεν ταλέθουλας ἀλοιφῆ,
 Πληρῶσας συχνοῖς τὴν φρένα χοιριδίοις.
 Τηρῶσιν τὸ συῶδες, ὁμότροπον ἤθ' ἔχοντες,
 Μήποτε δὴ μάλλον νῶτα φύει συαλῶ.

Sus Bœotica.

*Culta ovium nutritrix tellus Bœotica fertur
 Pro pecude Aonio poma tulisse Deo.
 Risit stultitiam populi indignatus Apollo,
 Et pecus indigno sustulit omne solo:
 Inq̄ vicem porcis agros ditavit opimis,
 Et multâ implevit pectora stulta sue.
 Spurcities remanet genti, crassumq̄ cerebrum:
 Nec lanam porci tergora dura ferunt.*

Υς Βοιωτία Sus Bœotica dicitur in crasso Bœoto-
 rum aëre natos: quo ingenii torpor & spurcities genti
 exprobratur. Stupiditatis & ignorantia specimen præbue-
 re, cum postulanti per oraculum Apollini μῆλα hoc est o-
 ves, ipsi μῆλα seu mala aut poma obtulere, unde locus o-
 riginem sumpsit, Deum ablatis ovibus substituisse porcos.
 Sanè

Sanè fœcunda adeò erat tellus Bœotica impuri istius animalis, ut vicinis etiam populis progeniem suillam largiter impertiret. Ex Bœotia igitur in Atticam sues qui agebant, per pontem super Cephissum fluvium exstructum, in loco *συκία* denominato, vectigal solvebant statutum aut illius loco sues pendebant, æquo pretio æstimatas. Aliquando Eumæus hero suo traduxerat gregem porcorum 28, pro quibus unum in vectigal retinuit publicanus, sed subulco renumerari iussit ex æquo drachmas 9. Iterum 132 suum capita traduxit, ac tum unam suem ac præterea drachmas quatuor vectigalis loco persolvere iussus est.

Quanti æstimata fuit sus ab publicano?

28 sues — 1 R — 9 — 1 sus? fac. $\frac{1R - 9}{28}$

132 sues — 1 R + 4 — 1 sus? F. $\frac{1R + 4}{132}$

Uterq; Quotiens est valor unius suis. Igitur sunt æqualia $\frac{1R - 9}{28}$ & $\frac{1R + 4}{132}$. Facta reductione sunt 132 R — 1188 [28 + 112.

Ablatis utrinq; 28 R, & additis 1188, fiunt 104 R [1300: & 1 R [12½: Valor suis.

Pro 28 igitur porcis retinuit 12½ minus 9, id est, 2½ drachmas: & pro uno porco ⅛ drach.

1 p — ⅛ Dr. — 132 p? F. 16½ dr. id est 12½ & 4.

XXIX.

Μῆλον χρυσῶν.

Οἷος Φρύξον ἄγων πολὺν διὰ βέντεα πόντε

Ἡ χρίσ, ὁ χρυσεῶ λαμπόμενος θυσανῶ.

Τοῖον ἐῶ πλάση παρέδωκε πολυμνία μῆλον,

Καὶ Κλειῶ, γαίην ἀρχὸν ἐς Αἰολίαν.

§

Α'ν

Ἄν δ' ἴσον σφέτεροισι γέρας πλασῆσι νεμῆϊτε,
 ὦ γνῶται, μισθὸν ἔδν θέτε χρυσομελῆ.

Ovis Aurea.

*Aurato qualis fulgebat vellere quondam,
 Quæ Phryxum spumans per mare vexit ovis,
 Tale suo tribuere pecus Polyhymnia Clioq;
 Artifici, Aeolicum quo duce iniret iter.
 Si vestris dabitur fictoribus æqua sorores,
 Præmia, crassum aureo corpore ferte bovem.*

AD Portam Νυμφᾶς vocatam in urbe Megarâ, gymnasium fuit, in quo novem Musarum simulacra Megarenenses cum vovissent, ea Aristogitoni conficiunda committere, pacti cum eo 36 minis in universum, & poculo aureo in forma arietis facto. Aristogiton cum Polymniam & Clio perfecisset, à Myrinæis in Æoliam evocatus, Charilo & Pantix reliquas Deas perficiundas reliquit. Ipse verò initis rationibus pro laboris sui præmio poculum istud retinuit, sed minas sex restituit Megarensibus.

Quanti fuit æstimatum poculum?

9 Musæ — 36 Min. † 1 poc. — 2 Musæ F. 1 poc. — 6 min.

Extremi & intermedii in se singulatim ducti efficiunt 9 poc. --- 54 min: Et 72 Min: † 2 poc. quæ sunt æqualia. Adjectis utrobiqu; 54 Min. & ablatis utrinqu; 2 poc. relinquuntur 126 Min. [7 poc. Et 1 poc. [18 min. Vel sic:

Pro Musarum unaquaq; meruit 4 min. † $\frac{1}{3}$ poc. igitur pro duabus 8 min. † $\frac{2}{3}$ poc. [1 poc -- 6 min. Additis utrobiqu; 6 min. f: 14 min. † $\frac{2}{3}$ poc. [1 poc. Ablatis $\frac{2}{3}$ poc. vel 14 min. [$\frac{2}{3}$ poc. Facta reductione 7 poc. [126 min. Et 1 poc [18 min.

Pro

Pro novem igitur Musis habuisset 36 minas & 18 minas, hoc est 54 minas: idcirco pro duabus 12 minas, at poculum istud valebat 18 minas: igitur 6 minas restituere debuit.

XXX.

Ἀποδιδρασκίνδα.

Δῆμος Φαυλοσύνης ἐπαρ' ἐνδομύχοισι καλύπτει,
 Σὺ δ' ὀφόνη Βασιλεῦ, ὄμματα κειρύφαλα.
 Ἄν δ' ἀπὸ τῶν ἑλεφάρων ἐλάσης ζοφόεσαν ὀμί-
 χλην,
 Τέρμα τεῆς ἕξης ἄγχοθ' ἀνακτορίας.

Apodidrafcinda.

*Dum se nequitiae latebris plebs improba condit,
 Rex velo obstrictus lumen utrumq; sedes.
 Mox oculos reserans, tentansq; inquirere fontes,
 Ne folio ac regnis ejiciare cave.*

Apodidrafcinda ludus est juvenilis ætatis recreationi serviens: quo obligatis uni qui Rex eligitur, oculis, reliqui sese in latebras abscondunt. Mox dum ille reclusis oculis latentes investigat, isti ejus solium prævertere & præoccupare satagunt.

Frequens fuisse legitur & familiaris istiusmodi ludus Argolicæ publi, cum peractis sacris Lernæis in plataneto deliciarentur, quod admiranda amœnitate inter duos amnes Pontinum & Amymonem ad stadii unius longitu-

dinem protendebatur: & ei rei dicatum è vivo cespite scabellum tenebat, cui nomen *μινυτήρ*. Eum ergo ludum cum instituisent puellarum juvenumq; caterva (erat hæc sesquialtera illius) omnes sese abdiderunt in obscuros angulos, Rex adolescentulorum bessem detexit, virginum autem dodrantem. Reliquos sex antequam investigasset, jam sedem regiam seu *μινυτήρα* ab aliquo adscensum reperit.

Quot fuere singulatim puella ac juvenes?

Esto 1 R. virg. erit $1\frac{1}{2}$ R. juv. & conjunctim $2\frac{1}{2}$ R. Bessis seu $\frac{2}{3}$ ex $1\frac{1}{2}$ R. est 1 R. Dodrans ex 1 R. est $\frac{3}{4}$ R. quæ conjuncta efficiunt $1\frac{3}{4}$ R. His additis 6, fiunt $1\frac{3}{4}$ R. + 6, seu $\frac{7R+24}{4}$ æqualio integro, seu $2\frac{1}{2}$ R. vel $\frac{10R}{4}$ Et 10 R. [7 R. + 24 Ablatis utrinq; 7 R. f. 3 R. [24: & 1 R. [8. tot fuere puellæ. Idcirco Juvenes 12, & in universum 20.

XXXI.

Πλατανών Πηγή.

Ἀλλάξει προπνῆς, πηγή τεὸν ὄνομα πότμῳ,
 Πρὶν μὲν ἔης Πλατανών, νῦν δ' ἔση Ἰκάρῳ.

Platanon Fons.

Mutabit præceps, o Fons tua nomina casus:

Qui fueras Platanon, mox eris Icarius.

Platanon fons è cavernosa platano scaturiens, non procul à Biâ amne Messeniæ, Icarj statuam habebat, per cujus clandestinos meatus ac venulas aqua è papillis profiliebat in subjectum castellum. Hæc Icarj statua vetustate im-

mi-

minuta ruinam minitabatur, & ut quondam Icarus Icaris nomina fecit aquis, ita hic Icarus in castellum sive labrū prolapsurus, fonti de suo nomine videbatur daturus appellationem. Sed præveniens hoc damnum Corone urbs, ut luxatus Icarus subrigi rursus ac reponi posset, & fons ipse marmoreo claustro circumduci tribus in urbe plateis hoc onus imposuit, vico ἐχάτω, vico γλύκας, & plateæ ἤβης. Atq; hæ tres plateæ ad sumtus requisitos contulere dodrātem talenti: Illa duplum isti, minus decem minis: & hæc bessem istius, ac minas undecim.

Quantum singula platea?

Talentum constat 60 minis: Dodrans talenti 45 minis.

| | | | | | | |
|--------|---|--------|----------------------|---|-------------------------------------|--------------------------|
| Platea | { | γλύκας | 1 R | } | Summa $3\frac{2}{3}$ R + I [45. Ab- | |
| | | ἐχάτω | 2 R -- 10 | | | lato hinc & inde 1; rel- |
| | | ἤβης | $\frac{2}{3}$ R + II | | | |

| | | | | | |
|---------------|---|--------|---|----------------|-----|
| Igitur platea | { | γλύκας | } | contulit minas | 12. |
| | | ἐχάτω | | | 14. |
| | | ἤβης | | | 19. |

XXXII.

Ἀνάθημα τῶν Ἀργείων.

Ἐξ πυράνης Ἄργου καὶ χρύσεον ἐσχαρεῶνα

Τῇ χρυσιλοικάτῳ ἀνθετο Ἀρτέμιδι.

Τρεῖς πέντε μνᾶς ἔχει, πύρανος δὲ μιῇ μνᾶ

Νικᾶ τῇ τιμῇ γείτονα τὸν πύρανον.

Τῷ δὲ δέκ' ἀδρεῖται δώρῳ λερναῖα ταλάντοις;

Τίμιον ἀγγεῖον πῦρ πολύτιμον ἔχει.

Donarium Argivorum.

Argivi hunc foculum & senos volvere batillos

Castâ ministerio Diva sacrare tuo.

Ter quinq; ille tenet minas: vincitq; batillus

Minâ unâ comitem quisq; valore suum;

Sic sacra augentur denis Lernæa talentis,

Nobili ut in foculo nobilis ignis eat.

IN Crathide monte fanum est Dianæ Pyroniæ, cui Argivi sex batillos aureos dedicarunt, unâ cum foculo, ut illis uterentur ad deportandum ignem in sacris Lerneis. Donarium hoc decem talentis constitit; ac foculus quidem quindecim fuit minarum: batilli autem sese ex ordine superabant pretio unius minæ.

Quis fuit singulorum valor?

Ablato foculi pretio abs toto, relinqvuntur 585 minæ: (nam decem talenta minas constituunt 600) Primum ac minimum batillum ponamus habuisse 1 R: erit hic ordo consequens: 1 R. 1 R + 1. 1 R + 2. 1 R + 3. 1 R + 4. 1 R + 5. Hæc conjuncta producant 6 R. + 15 [585.

Demptis utrinq; 15, relinq. 6 R. [570 & 1 R [95. Erit ergo batillorum hoc pretium 95. 96. 97. 98. 99. 100. quæ cōjuncta & poculi pretio addita, efficiunt 600 minas.

XXXIII.

Μητρηά.

Μητρηάν, Διόδωρε, λαχών χαλεπήν ἢ ἀπηνῆ,

Πειθῆναί τ' ἄμαχον πράεσι μελιχίαις,

Ἐρ-

Ἐργασίας δὲ πέντ' ἤγασ, μισθαρνέας ἄνδρας,
 Χάλκει οἱ κόψαι νῶτα κελευτιάων.
 Οἱ δ' ὄξεισ τριβόλους, καὶ ἐχέτλαν χερσὶν ἐλόντες,
 Σφύρην, νειοταμῆ χάλκον, ἀκαίναν, ὕνιν,
 Ἀκραγέα τμήσασσι ῥάχιν, κευθμῶνα τε γαστρός
 Ἐσδυῶτες, χάυνην ἐκτελέσσι σποράν.
 Χ' ἤ μὲν μητρῆας θωπενθεῖσα φρένας ἐσχεν,
 Μητρὸς δὲ κραδίην ἔλλαβε τρωσκομένη.

Noverca.

*Præfraclam ac duram nactus, Diodore, Novercam,
 Nec validam molli fleclier obsequio,
 Conduxti servos bis quinque, et vulnere sævo
 Immiti immitis scindere terga jubes.
 Illi corripunt furcas, juga, rastra, ligones,
 Et quæcunq; labor rusticus arma dabat:
 Dilaniant costas ferro, latebrasq; recludunt,
 Atq; injecta utero semina ferre jubent,
 Quæ se monstrarat duram palpata novercam,
 Hæc mater jugi victa labore fuit.*

Mητρῆα, regiuncula est in Almenâ Ep̄iri, inter Phlegētontem lacum & Acherontem fluvium, ex eo nomen adepta, quod novercæ instar exiguo proventu agricolarum laborem eluderet potius quam pensaret. In eo tractu Diodorus novitius colonus agrum sibi cum præstinasset, eumq; populari curâ exercuisset, novercalem soli indolem expertus, deprehendit sementem omnem in obferendo interfieri, minusq; multo sibi redire quam fuerat ob-

ob-

obsitum. Ergo iratus decem servos validos conduxit, iussitq; novercam ferro impigrè proscindere, laniare, rastris immitibus pectere, & in benè probeq; subactæ uterum aliquot chœnices hordei injicere. Illa tot rusticorum cōgressu fatigata, duplum ex semente fructum retulit. Colonus lætatur inde in rem familiarem reposuit chœnicas XXIV, reliquum rursus strenuè subagitata novercæ credidit, quæ illi reportavit duplum ac quadrantem. Denuò postquam inde reservasset Chœnicas XXXIII, reliquum commisit longè validius depexæ Telluri, quæ jam è noverca mater facta largita est ipsi triplum depositi: Hinc quoq; sepositis Chœnicibus XII, superstes frumentum in urbe vendidit, denariis binis in Chœnicem: atq; eo pacto libras XIII domum reportavit.

Quæ fuit sementis singulatim?

Libra denarios habet 84, & 14 libræ denarios 1176. Quia autem binis denariis Chœnicem vendidit, habuit Chœnices 588.

Esto prima sementis 1 R. duplum 2 R. Ablatis hinc 24, relinq. 2 R. -- 24. Rursus duplum & quadrans est $4 \frac{1}{2}$ R. --- 54. Auf. 34, rel. $4 \frac{1}{2}$ R. --- 88. Triplum $13 \frac{1}{2}$ R. --- 264. Ablat. 12, rel. $13 \frac{1}{2}$ R. --- 276. [588. Additis utrobiq; 276, fiunt $13 \frac{1}{2}$ R. [864: & una R [64. Tot primò Chœnicas seminavit; Secundò 104: Tertiò 200.

XXXIV.

Κλεάνθης ἡλικία.

Ἀργεῖον λυκίων προσέειπε γέροντα Κλεάνθου,
Δαίφουρα κατ'λαγορὴν ἄψευα νίσόμενον

"Εν-

Ἐννεπέ μοι πάτερ, εἰλήθη Φρένας ἔκ' ἐκάλυψε,
 Πόσον νῦν βίωτος πέμπειλ' ἡμαρ' ἔχεις;
 Ὅς δ' ἄπλων χαίτης δασιπώγον' ἀνδρεῶν,
 Καὶ πάλλων μαδαράν' ἔνθα ἢ ἔνθα κάραν,
 Τέκνον, ἔφη, καὶ γὰρ μὲν ἐλάνθανον ἄρτι βιώσας,
 Ὅτι κ' ἐμῆς ζωῆς ἐκλὸν ἀπῆλθε μέρ'.
 Ἦνίδα μοι ἦνθησεν ἕαρ Φιλοκυδέ' ἤβης,
 Τῆς ζωῆς τετρατὴν μοῖραν ἀφείλε κρόν'.
 Ἀνέρα δ' ὄντα εἶη σεναρᾶ καὶ κάρτει γύων,
 Ἐλλίπε με τρίταλ' τῶ βιότοιο δρόμ'.
 Τὰς ῥυτίδας, γυμνῆς τ' ἔσορῶν τὸ Φάλακρον ὀ-
 πωπῆς,
 Μάρτυρα ῥιγεδανῶ γῆρα εἰσοράεις.
 Νυκὶ δισείνατός ἐσι περιτροπέων ἐνιαυτῶν,
 Ἐξόθε λευκάνθη μύσακα βάψε χιῶν.
 Τῶλετε λοιπὸν ἐρῶ, τῶ μὸν δρᾶμ' ἐξετελέσθη.
 Τῶτον ἔλεγχον ἐμῆς ἀνδέχ' ἡλικίας.

Ætas Cleanthi.

*Argivâ Lycion affatur in urbe Cleanthum,
 Dum videt hunc tardos per fora ferre pedes:
 Dic Pater, exacti si mens reminiscitur ævi,
 Præteritos numeret quot tua vita dies.
 Ille manu mulcens pendentem ad cingula barbam,
 Et quatiens tremulum terq̄ quaterq̄ caput,
 Ante quidem, dixit, quàm meipsum vivere sensi,
 Elapsa est vitæ portio sexta meæ.*

b

Dum

Dum labor exercet letantem flore juventæ,
 Vita mihi quartâ parte minuta fugit.
 At dum firma virum monstrant me robora, cursu
 Labitur ætatis præcipitante triens.
 Adspicito rugas, & calvæ ludicra frontis;
 Has capiti adpersit curva senectæ notas.
 Bis novies magnum sol circumvolvitur annum,
 Ex quò candentes fert mea barba nives.
 Plaudite mox dicam, jam fabula nostra peracta est.
 Hinc numerata ætatis tempora certa meæ.

Theatro Argivorum *εὐάμερον* dicti præses fuisse legitur
 Cleanthus. Hic jam senex à Lycione (qui ipsi postea
 in officio successit) interrogatus, quotum ætatis annum a-
 geret: respondit, Infantia sextantem vitæ meæ occupavit
ἐν ἀναισθησίᾳ: juvenus quadrantem *ἐν ἀλογισίᾳ*: virilis ætas
 trientem *ἐν κενωπαθείᾳ*: senectam jam annos duodevigin-
 ti tolero *ἐν ἀσθενείᾳ*. Sic ad exodium festinat fabula nostra,
 & mox Plaudite dicturus claudam hoc vitæ theatrum.

Quæ fuit ætas Cleanthi?

Pon. $1R. \frac{1}{8} \frac{1}{4} \frac{1}{2}$ summa $\frac{3}{4} R \mp 18$ [$1R.$ Ablatis utrinq; $\frac{1}{4}$ re-
 linq. $\frac{1}{4}$ [$18.$ Et $1R$ [$27.$ ætas Cleanthi. Ejus $\frac{1}{8}$ est 12 : $\frac{1}{4}$ est 18 :
 $\frac{1}{2}$ est $24.$ Quæ juncta $18,$ f. $72.$

XXXV.

Μῆλα τῶ "Ερωτῶ.

Δακρυόων Φώνεσκεν "Ερωτῶ χρυσᾶν "Αφροδίταν
 Τῖσον μοι τὸν Φοῖβον, ἐμῶν συλήτορα μῆλων,
 "Ατῖ

Αττ' ἀποδρεψάμενος Φέρον' Ἐσπερίδων ἀπὸ κήπων
 Μητέρι σοὶ δῶρον. χεῖρας δ' ἄρπαξ ἐπέβαλλεν.
 Οὐδ' αὐτῷ ἐφύλαξε κακότητος· ἀλλὰ τετάρτην
 Ἑρμείῳ προΐαψε, κλοπῆς συμφράδμονι Φωρί.
 Οὐλιδαναῖς δὲ τρίτην μύσσαις· δεκάτην Χαρίεσσιν
 Δῶκεν· εἰκοσὴν δὲ πυγόσολ' ἔλαβεν Ἥβη.
 Ἐνδεκά μοι Φεύγοντι κατέλιπε, μέλλον ἄπονον,
 Ὅσις Ἀπόλλων' ἔραβδοις κἄτα νῶτα πατάξῃ.

Poma Cupidinis.

*Sic Venerem lachrymis Amor est affatus obortis:
 Prædonem, genetrix, pomorum ulciscere Phæbum,
 Quælecta Hesperidum ex hortis tibi grata parabam
 Munera, sed raptor furtivos intulit ungues.
 Nec sibi servavit, sed Majâ matre creato
 Quadrantem objecit, cui dextra est conscia furti.
 At decimam Charites partem accepere: trientem
 Musæ, bis decimam Ganymedæa abstulit Hebe.
 Dum clamo fugiens, mihi vix undena reliquit,
 Quæ dabo, si merito Phæbum quis verbere cædet.*

Quot habuit poma Cupido?

POne 1R. Conjunctæ partes propositæ efficiunt $\frac{11}{5}$ R.
 quæ unâ cum 16 superstibus, æquales sunt integro,
 hoc est 1R. Ablatæ $\frac{11}{5}$ R ab 1R relinq. $\frac{4}{5}$ R. [16: Et 1R.
 [60. Tot habuit Cupido poma: e quibus quadrantem h. e.
 15, accepit Mercurius, $\frac{1}{3}$ seu 20, Musæ: $\frac{1}{10}$ seu 6, Gratia: $\frac{1}{20}$
 seu 3, Hebe. Sexdecim relicta sunt ipsi Cupidini; quæ om-
 nia conjuncta producunt 60.

XXXVI.

Ἀφροδίτη Μιγονίτις.

Θηροφόνους δεινοῖς τε πελωροδάμοισιν ἄνωγεν
Ἐυσεβίη τῖσαι τὰς δεκάτων προφοράς.

Ἀλκείδῃ δεκάτη προκομίζετο καρτεροθύμῳ,
Καὶ Κραναῆ δεκάτην τῖσεν ἔταιρα θεᾶ.

Θηλυτέροισι τέρας κρυφθὲν σπείεσσι δαμάσσει,
Ἡρακλῆς μοχθῶν μείζον' ἀεθλον ἔχει.

VENUS MIGONITIS.

Religio decimas illis offerre jubebat,

Qui domuere suâ tristia monstra manu.

Alcidae decimas factâ dat messe colonus:

Dat Cranae primâ nocte puella Deae:

Fæmineâ latitans monstrum domuisse cavernâ,

Non minor Herculeo nempe labore labor.

Veneri Migonitidi, cujus ædis ex adverso Cranaës insulæ apud Lacones devotè visitabatur, puellæ corpore quæstum facturæ decimas offerre pecuniæ, quam primâ nocte meruissent, religione jubebantur. Causam inquirenti occurrit, quòd veluti Herculi decimæ ideo sacrabântur, quia monstrorum esset domitor, & profligator Tyrannorum, belluarumq; ferocium; ita effæratam monstri ingluviem, quod fæminarum sinus abscondit, sola Venus *μιγονίτις* seu Concubia comprimere, & ipsum monstrorum domitorem domare possit. Hæc ædis à Paride exstructa, memoratur, quòd istic locorum cum Helena à se raptâ pri-
mò

mò concubuiſſet. Oſtendebatur illic Zona aureis bullis inſignita, conſecta è donario ſex juvenularum Amyclæenſium, quæ ad Deæ aram ſimul venerant votivum mun⁹ exſoluturæ, obtulerantq; ſingulæ triplo in augmento decimas parti primâ nocte ſtipendii: unde Deæ ſacrarium centum ac ſex aureis æſtimato anathemate auctum fuit: ſextans autem aurei antiſtiti donatus.

Singularum oblationum ac nequitia mercedem ita inveſtigabimus. Cùm ſit proportio tripla ſex terminorum, eſto primus terminus 1 R. ſtabuntq; ad hunc modum numeri: 1 R. 3 R. 9 R. 27 R. 81 R. 243 R. Conjunctim 364 R [106 $\frac{1}{3}$. Factâ reductione, fiunt 2184 R [637: & 1 R. [$\frac{637}{2184}$ id eſt $\frac{7}{24}$. Idcirco ſingularum oblationes fuere $\frac{7}{24}$. $\frac{7}{8}$. $2\frac{5}{8}$. $7\frac{7}{8}$. $23\frac{5}{8}$. $70\frac{7}{8}$. Et pretium pro uſura corporis acceperat quævis ex ordine, Prima aureos duos cum deunce ($2\frac{1}{2}$) Secunda $8\frac{3}{4}$: tertia $26\frac{1}{4}$: quarta $78\frac{3}{4}$: quinta $236\frac{1}{4}$: ſexta: $708\frac{3}{4}$.

XXXVII.

Ἰωπεὺς καὶ Πύκτης.

Μῆδ' ἀγάσαι τὴν Σπάρταν ἀγαλλομένην περὶ
νίκης,

Τόσας ὀπλιτῶν κεκτιμένην στρατιάς.

Ἰωπήων πυκλῶν τ' ἐπιείμεν εἰωθεῖσαν

Τοῖς ἐχθροῖς πλείους ἢ δέκα μυριάδας.

Τίς χρυσηλακάτοισι τοσέτοις ἀντιμάχοιτο;

Πᾶσ' ἔσω τῶν Τυωδαρίδεσσι χάρις.

h 3

Eques

Eques & Pugil.

*Quid mirum, hostiles si profligare catervas,
 Quæ tanto instructa est milite, Sparta queat?
 Namq; Equitum Pugilumq; inimicæ immittere terræ
 Hæc plus quàm decies millia dena solet.
 Quis pugnare velit, tantæq; resistere turbæ?
 Sola hæc debetur gratia Tyndaridis.*

PRimi Lacedæmonii ab omni antiquitatis memoriâ ho-
 stem muneribus sollicitasse leguntur, & venalem pro-
 stituisse positam alioqui in armis victoriam. Nam cum an-
 tea Virtute & comite Fortuna decerneretur, Lacedæmo-
 nii Aristocratem Arcadem ut Messenios proderet, pecu-
 niâ corruerunt, missis ad eum centum millib⁹ nummum,
 ex eo genere, quos *ἰπώεας* & *πύκτας* appellabant; quorum
 illi sex drachmas singuli & dodrantem pendebant, hi verò
 drachmas singuli valebant duodecim. Cæterum Tynda-
 ridis, hoc est, Castori & Polluci, centum quotannis num-
 mi istiusmodi è publico à Spartanis dedicabantur, quo-
 rum æstimium in universum fuit drachmarum 864.

Quot fuere singulatim?

Esto *ἰπώ*. 1R. Erit *πύκτων* 100 — 1R.

1 *ἰπώ*. — $6\frac{3}{4}$ drach. — 1R? F. $\frac{27R}{4}$.

1 *πύκ.* — 12 — 100 — 1R? F. 1200 — 12R.

Coniunctim $\frac{4800}{4}$ — 21R [864.

Factâ æquatione fiunt 4800 — 21R [3456. Et 1344
 [21R. Et 1R [64. Tot fuere *ἰπώεις*. Igitur *πύκται* 36: *ἰπώεις*
 64 valent 432 drach. Tantundem 36 *πύκται*.

XXXVIII.

XX XVIII.

Ἀθήνη Πανία.

Πανίαν Ἀθήναν Ναυκίδης ποιήσατο,
 Τέχνην μαλαίῃν ἕξ καὶ εἴκοσ' ἡμέραις.
 Ὀν μηχανεύσας μισθὸν Ἑρμῆς ἠγύα,
 Καλὴ Διώνη καὶ Λυαῖϑ ἤρπασαν.

Minerva Pania.

*Paniam Minervam fabricavit Naucides,
 Gratis laborans bis decem atq; sex dies.
 Quod doctus Hermes præmium sponderat,
 Ad abstulere Bacchus & comes Venus.*

IN Gymnasio Argivorum Cyllarabi dicto, Minervæ Panie signum voverunt Argivi. Ejus sculptura commissa est Naucidi Mothonis filio, juveni in arte fingendi dexterrimo, sed dissolutæ vitæ, & ocio crapulæq; dedito. Argivi ut hominem ab ignaviâ absterrerent, animarentq; ad sedulitatem, hac lege cum ipso pepegerunt, ut pro singulis quib⁹ opus faceret diebus, aureos quatuor darent in mercedem: pro singulis autem diebus quibus feriaretur à labore, retraherent aureos tres: dederuntq; ipsi in arrham aureos sex. Elapsis XXVI diebus, cum confectâ statuâ rationem ex lege conceptâ & utriq; parti approbatâ inirent, præter arrhabonem datum nihil retulit Naucides.

Quot diebus operi incubuit? quot feriatuſ est?

Sint dies quibus laboravit 1 R. ociatus igitur est diebus 26 — 1 R. Pro diebus labori impensis debentur ipsi 4 R. aur. pro feriatis retrahuntur 78 aur. — 3 R. aur, [4 R. — 6 aur.
 Ad-

Additis utrobiq; sex, erunt 84 — 3R. [4 R. Additis porro 3R. f. 7 R [84. & 1R [12. Tot diebus laboravit: & feriatuſ est diebus 14: pro illis ipſi debentur 48 aurei: pro his retrahuntur 42 aur. nec ipſi reliquum quicquam eſt præter arrhaboni datos 6 aureos.

XXXIX.

Ράβων Ἀρχίτης.

Τῷ πελάγει μέτρον, ψαμάθω δ' ἀναριθμῶ ἀριθμὸν,
 Στερρόν ἀπειρεσίῃ τῇ χθονὶ σῆσας ὄρον,
 Οὐρανὸν εὐρήεντα καὶ ἀσέρας ἧς φρεσὶ τηρῶν,
 Οἶκον ὃ Ἀρχίτης ἐνθάδε μικρὸν ἔχει.
 Παιδευτῆ χόρῳ ἠΐθεῶν τὸν ἔδωκε ράβωνα.
 Οἶκῳ μὲν τυτθὸς, ναιετάων δὲ μέγας.

Rhabon Architæ.

*Qui mare & innumeras pelagi metitur arenas,
 Et totam certo limite signat humum:*

*Qui cælos animo, qui stellas pectore claudit,
 Archita has ædes incolit exiguas:*

*Discipuli hanc arrham caro tribuere magistro,
 Parva quidem domus est, incola magnus homo.*

ARchita ludum Mathematicum aperturus Tarenti, ædes sibi præstinavit studiis accommodas, quas appellavit Rhabonem; quâ voce arrham seu arrhabonem designat.

fig.

signant Prænestini, vocabula multa decurtare soliti: quæ-
admodum & Coniam dicebant pro Ciconia, & cumen ac
bernam pro Cacumine ac Taberna. Ad eas igitur ædes
emundas, discipulorum quisq; conferre jussus est pecuniæ
summam, arrham futuri didactri, & mercedis cum præcep-
tore pactæ. Primus sextantem contribuit pretii requisi-
ti, & drachmas decem: Secundus sextantem reliqui, &
drachmas viginti: Tertius sextantem ejus quod adhuc de-
ficiebat, & drachmas insuper triginta: servato eo ordine
ad postremum usq;, ut sequentium quilibet sextantem de-
fectus suppleret, & decem drachmis augetet præcedentis
symbolum. Ita æquali sorte collectam fecisse inventi
sunt.

Quis fuit discipulorum numerus? & quod pretium domus?

Pon. I R. pret. dom⁹. Primus contulit $\frac{1}{8}$ R + 10: & relin-
quuntur ipsi $\frac{7}{8}$ R - 10: cui⁹ $\frac{1}{8}$ + 20 est $\frac{1}{8}$ R - $\frac{1}{8}$ + 20 [$\frac{1}{8}$ R + 10.
Addatur utrobique; $\frac{1}{8}$ f. $\frac{1}{8}$ + 11 $\frac{2}{3}$ [$\frac{5}{8}$ + 20. Auferantur utrinque;
11 $\frac{2}{3}$ & $\frac{5}{8}$ R. relinq. $\frac{1}{8}$ R [8 $\frac{1}{8}$: & I R [300. Tantum fuit pretiū
domus: Ejus sextans 50 & 10 f. 60. Tot quisq; contribuit.
Divisa 300 in 60. efficiunt 5. tot fuere discipuli.

XL.

Ὡρα τῆς ἡμέρας.

Ὁ Ξυδρομοῖς Φείτων διοδεύσας ποσὶ Λύκειον,
Φοιτήτην ζαθέε εἶρετ' Ἀριστοκράτης

Ἐννεπέ μοι, πόσῃν ἐπιβαίνεται ἡλιῶ ὥραν;
Ὅς δ' ἀπαμειβόμενος κνῶν τ' ὀνύχεσσι κάραν,
Κάρκινον, εἶπε, διατροχάει ΦάϠ ἡελίοιο,
Χ' ἡματος ἄλλο φύγεν, τ' ἄλλο δ' ἔπεσι μέρος.

i

Ἡμι-

Ἡμῖσι λειπομένῃ, καὶ ἐληλυθότος τὸ δῆμοιρον
Σύλλαβε, τῆς ὥρας σῆμα παρισταμένης.

Hora diei.

Dum transit gressu Phiton veloce Lyceum,

Docti ex discipulo quaerit Aristocratis:

Dic mihi, quot Phæbus lucis compleverit horas;

Is leni scalpens sinciput ungue refert.

Sol cancri jam terga premit, longiq; diei

Altera pars reliqua est, altera pars abiit.

Præteritæ bessem, ac semissem sume relictæ:

Cognita quam quaeris sic erit hora tibi.

ATheniensium schola fuit Lyceum, in quo docuit olim Aristocrates, è sectâ Epicureâ Philosophus. Ipsæ verò Athenæ cùm sitæ sint in $37\frac{1}{4}$ latitudinis gradu, seu in duodecimo Parallelo, diem maximum habent horarum quindecim: quo nempe tempore sol Cancris signum percurrit.

Ponamus 1R hor. præteritarum: erunt superstitem $15 - 1R$. Porro $\frac{2}{3}R$ & $\frac{15 - 1R}{2}$ conjuncta faciunt $\frac{4R + 45 - 3R}{6}$ seu $\frac{1R + 45}{6}$ [1R. Et $1R + 45$ [6R: Et 1R. [9. Hæ sunt horæ præteritæ: igitur superstites sunt 6. illarum Bessis est 6: harum semissis 3. quæ juncta faciunt 9: horam quaesitam.

XLI.

Ἀνάθημα τῶν Ἀμφικλειέων.

Τῷ σωόπαιδι, τῷ λυκοκτόνῳ ὄφει,

Οἱ Ἀμφικλειεῖς τέσδ' ὄφεις χρυσῆς ἔθεν,

Ἄχα.

Ἀχαρῶν ἀρηγῶν καμμόρων δόντες χάριν.
 Πάντες μὲν ἐξήκοντα μνᾶς ἔλκυσ' ὁμῶς,
 Κτᾶται δὲ πρῶτος πέντε, διπλῶν δ' ὑπερ,
 Σταθμᾶ δ' ἀριθμὸς τῆς μέσης λογιστικός.

Donarium Amphicleiensium.

*Tutor puelli qui fuit, caesor lupi,
 Colubro, hos Colubros Amphicleienses dicant,
 Ingrata grato dona dantes vindici.*

Hi sexaginta possident minas simul,

Sed quinque primus pendit, ac decem ultimus:

Numeralis addit ratio pondus reliquis.

AMphiclea Phocensium urbs, sexaginta stadiis Lila a di-
 stans, decreto Amphyctionum pristinum nomen mu-
 tavit, & Ophitea cepit appellari. Mutationis causam & o-
 riginem hanc memorant incolae: Fuit quidam e patriciis
 homo opibus & autoritate maximè conspicuus. Is cum
 hostilem irruptionem & insidias metueret, filiolum cistae
 impositum in locum abdidit, quem tutum maximè fore
 confidebat. Lupus verò istuc irrumpens, & jam impetum
 facturus in puerum, a praevalido serpente, cistam spiris suis
 circumplexo, & puerum protegente, repulsus est & inter-
 emptus. Mox revorsus pater, cum a serpente filium appeti
 arbitraretur, misso jaculo, una cum serpente filium con-
 fixit. Verum a pastoribus edoctus, a se pueri custodem
 occisum, communi filium ac serpentem rogo concrema-
 vit. Atque inde urbem ab ὄφεις seu serpentis nomine O-
 phiteam ajunt nuncupatam. In ejus rei memoriam ali-
 quot serpentes aurei ab Amphicleensibus suspensi sunt in

adyto Liberi Patris, universim minas 60 pendentes. Eorum autem primum quinque; minas, ultimum decem minas perpendisse, inscriptio monstrat: reliquorum verò pondus proportionem obtinuisse Arithmeticam.

Quot fuerunt serpentes, & quo singuli pondere?

Esto numerus serpentum, seu terminorum progressionalium 1 R. Coniuncti extremi f: 15. hæc multiplicata in dimidium numeri terminorum, nempe $\frac{1}{2}$ R. producant $\frac{15R}{2}$ [60: & 15 R. [120: & 1 R 8. Tot fuerunt serpentes.

Sit porrò Differentia 1 R: sic stabunt numeri:

5. 5 + 1 R. 5 + 2 R. 5 + 3 R. 5 + 4 R. 5 + 5 R. 5 + 6 R. 5 + 7 R.
Ultimus terminus est 5 + 7 R. atq; idem quoq; est 10. igitur hæc sunt æqualia. Ablatis utrinq; 5. relinquuntur 7 R [5: & 1 R [$\frac{5}{7}$. Erit ergo hoc pondus singulorum, 5. $5\frac{5}{7}$. $5\frac{10}{7}$. $5\frac{15}{7}$. $5\frac{20}{7}$. $5\frac{25}{7}$. $5\frac{30}{7}$ 10. Hoc est: $5\frac{5}{7}$: $6\frac{2}{7}$: $7\frac{1}{7}$: $7\frac{6}{7}$: $8\frac{4}{7}$: $9\frac{3}{7}$: 10.

XLII.

Τὰ τῶν Ἀλφειῶν ἱερά.

Ἡ θεοὶ κῆραι τ' ἀλλήλων χεῖρας ἔχοντες
Εἶσαν Πισαίοιο Διὸς ἱερεῖς ἀπὸ ναῶ,
Ποσὶ πολυτροφάλιγγι ποτὶ σχοινωδέας ὄχθας
Ἀλφειῶν, λευκοῖο νεόπλυτα φάρεα λίνθ
Ἐσάμενοι, μύρτω τ' ἐσεμμένοι ἠϋπετήλω.
Τῶν δ' ἐπαριθμήσασα τριήκοντ' ἐξαγόρευσεν
Καὶ πένθ' ἠ μάντις θειηπόλῳ, ὡς δ' ἐνέπωσα:
Διπλῶν τῶν κουρῶν λαβὲ φίλτατε, ἢ νεανισκῶν
Ἐξοὶς τριπλάσιον. Τῆμος δ' ἱερεὺς ἀφίκοντο
Ἡϊόνας, σεφέων ἐυανθεῖα κόσμον ἐπήρην,

Εκ-

Ἔκτε βάλλοντα λαροῖσι, κ' ἐς πηγὰς προΐαψον
 Λευκοῖον, πυρσῶν τε ῥόδων ἔυοδμον ἔρευθε, Θ
 Λείρια τε δροσόεντα, στωοίμιον ὕμνον ἰένθες
 Ταῦτα τύγ' ὠπόλαμῶν ἐραλεινόταθ' ἔυρυρεέθρων,
 Ταῦτα τεῆ μάλα σπεῦσον ἔεδνα φορεῖν Ἀρεθόση,
 Λάθρα διασείχων. σὲ δὲ λήποπόρον Φυγοπάτρην,
 Οὕπως ἴδε θάλασσα διερχόμενον μέγα λαῖτμα.
 Κρυπταδίοις σέγ' ἔρωσ, ἐράζων θ' ὑπὸ κύμασι
πυρσός,
 Νέρθεν ὑποτροχάοντα κολυμβητῆρα δίδαξε
 Ἥλιακὸν Σικελῆνύμφη γαμέειν παρακοίτην.

Alphei Sacra.

*Pisæi egressæ sacrâ Iovis æde puellæ
 Ac juvenes, junctis ibant ex ordine dextris
 Ad ripas Alpheæ tuas, prope lene sonantis
 Murmur aquæ, niveos induiti corpus amictus,
 Floridaq; balanti redimiti tempora myrto.
 Hanc totam capitum triginta Θ quinq; cohortem
 Docta recensēbat vates; sed dupla caterva
 Virginei cœtus, juvenum quos cernimus, inquit,
 Triplum constituit. Fluvii jam presserat actam
 Innuba turba sacri, Paphiâ cum tempora myrto
 Nudat, Θ è calathis violasq; rosasq; recentes
 Raptat, Θ in sacros fragrantia lilia fontes
 Projicit, ac dulci modulatur carmina voce:
 Hæc Alpheæ tuæ sponsalia munera Nymphæ,*

*Hanc dotem propera dilectæ ferre Arethusæ,
Occultas acture vias. Tu transfuga Pisæ,
Flumina non mixto trahis intemerata sub alveo;
Te secretus amor, te viva in gurgite flamma
Urinatorem docuit subter mare lapsum
Eliaco Siculam sponso tibi jungere Nympham.*

NImis pervulgata est fabula de Alpheo Elidis fluvio, quem ajunt è Peleponnesiaco littore sub mare, intemerato & à confusione peioris undæ illibato alveo labi ad Siciliam usq; , & illic trasmarinam aquam in conjugalem Arethusæ fontem agere. Ejus rei argumentum esse, quòd patera ab Olympionice in Alpheum projecta, in Arethusâ inventa sit: & animalium excrementa in Olympiis mactatorum, in amne Arethusâ cognoscantur. Quotannis certè adolescentuli & virgines Pisæorum, ad Alphei ripam sacra facientes, flores ac corollas in flumen porriciunt, quæ in Arethusam redundant, & istic die postero reperiuntur. Istam solennitatem peractura juvenum puellarumq; caterva (erant illi numero quinq; & triginta: duplum autem juvenum, triplum constituebat virginum) cùm omnis generis flores ac ferta in Alpheum misissent, cantiunculâ amores ejus celebrant: jubentes dona hæc amatae Nymphæ perferre. *Vanitatis Græcæ exemplum, exemplum nobis dabit inquirendi, quot fuerint in eâ pompâ singulatim puellæ & adolescentuli.*

Sint virg. 1 R. Erunt juvenum 35 — 1 R. Duplum illius 2 R, æquale est triplo alterius, nempe 105 — 3 R. Addantur utrobiqu; 3 R. fiunt 5 R [105: & 1 R [21, qui est numerus virginum. Igitur fuere adolescentes 14. Duplum virg. est 42; tantundem est triplum juvenum.

XLIII.

XLIII.

Κέλται.

Φεύγεο, νῶτα βαλῶν, τοῖς Ἑλλησιν προμάχοντα
 Ἀθάνατοι, Κέλται, Φεύγεο νῶτα βαλῶν.
 Ζεὺς βρονταῖον ἴησι σὺν ἄσεροπῆσι κεραυνόν,
 Ἐννοσίδης σιβαρὴν ἀμφελέλιξε χθόνα.
 Παρνάου κορυφὴν ἢ πρόνοας αἴεσσιν
 Πιερίδες· σείει χέρματα Λητοῖδης.
 Μάνθανε Βαρβαρικόν, τῆς εὐσεβίῃ προεχέσης
 Ὅσ' ἐπ' ἔβρανίοις Ἑλλάδ' ἐστὶν ἔρωσ.

CELTÆ.

Celta ferox, apage hinc: pro Græcis arma capessunt

Cælicolæ: sed tu, Celta ferox, apage hinc.

Iupiter iratâ vibrat sua fulmina dextrâ,

Neptunus trifidâ cuspide quassat humum:

Pierides in vos abrupti fragmina montis

Excutiunt: Phæbus saxa cruenta rotat.

Celtarum exemplo discat gens barbara, quàm sit

Divorum cultrix Græcia amata Diis.

Celtæ (Gallorum hoc fuit nomen antiquitus) postquam oppressis Illyriis ac Macedonibus in Thessaliam ad Thermopylas concessissent, nec Græcorum reliquorum quisquam resisteret, soli Athenienses contra eos expeditionem movere aggressi sunt, cuius ducem declararunt Callippum. Verum circumventi à Barbaris, tramitem Oc-

tæ montis occupantibus, per quem Persas olim Ephialtes Trachinius duxerat, fortiter pugnando Græco se nomine dignos præstitere. Celtæ ergò superatis angustiis, partim ad subjugandas Græcorum civitates se convertebant, partim properabant ad Apollinis Delphici donaria diripienda. His autem Phocenses occurrerunt, adsumptis Ætolorum copiis; quæ gens per ea tempora juventutis robore excellebat. In ipso prælii initio è Celtarum exercitu quadrato cæsi sunt viginti duo ordines, qui in fronte stabant. Mox crebra de cælo fulmina, & spontè avulsa de Parnasso faxa, Celtarum aciem tantâ perculerunt formidine, ut quadrans totius exercitus, qui tergum occuparat, in fugam cõversus omninò dissiparetur: ac reliqui, numero $\text{I} \text{C} \text{L} \text{X} \text{V} \text{I}$ abjectis armis sese dederent in vitæ necisq; potestatem. Narrabant captivi, apparuisse sibi, ac contra se stetisse tres terribili specie viros armatos, Hyperochum & Hamadocum hyperboreorum Heroas, & tertium, Pyrrhum Achillis filium. Reliqui quoq; Celtæ à Græcis fusi, classe transvecti sunt in Asiam, atq; illic eam terræ partem occuparunt, quæ Galatia & Gallogræcia postmodum fuit appellata.

Quot capitum hinc augurabimur fuisse Gallorum exercitum, cum Phocensibus & Ætolis confligentium?

Series historiæ ostendit, quadratam Gallorum aciem constitisse è viginti ordinibus primò cæsis, quadrante exercitus in fugam delapso, & 667 captivis. Sint isti 20 Ordines, 20 R: Idcirco $\text{I} \text{Q} \cdot \text{æ} \text{quatur} \frac{1}{4} \text{Q} \cdot \text{+} 20 \text{R} \cdot \text{+} 667$.

Ablato $\frac{1}{4} \text{Q} \cdot$ relinqvuntur $\frac{3}{4} \text{Q} \cdot$ [20 R. + 667. Et $\text{I} \text{Q} \cdot$ $\left[\frac{80 \text{R} + 2668}{3} \right]$ Dimidium numeri R $\frac{40}{3}$: ejus quadr. $\frac{1600}{9}$: adde $\frac{2668}{9}$ fiunt $\frac{2604}{9}$: Hujus R quadr. $\frac{98}{9}$ addita dim. Num. R $\frac{40}{3}$, facit $\frac{118}{3}$ hoc est 46, quæ est Radix. Tot fuere ordines,

toti-

totidemq; in singulis ordinibus milites: Idcirco in univer-
sum 2116: Jam 20 R f. 920. Quadrans exercitus est 529:
Captivi 667: Aggregatum 2116.

XLIV.

ΠΑΛΛΑΣ.

Ἡ Θεὸς ἔτε θεῶ πέλεται Φῶρ, ἔτε λύκαινα
Φῶρ δ' ἱερῶ Πάλλας καὶ λύκος ἀργυρίς.

PALLAS.

*Non Dea cognatis lupus est aut prædo Deabus,
Argenti at Pallas prædo lupusq; sacri.*

Cettius Pallas Carseolanus, pirata nobilis & metuen-
dus, cum collectâ improborum manu apud Fregenas
armatam myoparonem conscendisset, ut eâ infestum red-
deret Mare Tyrrhenum; accidit ut ultoribus diis naufragi-
um faceret, prope Insulam Asturam, quâ Storas fluvius
per paludes Pomptinas delatus in mare exit Inferum.
Pressus igitur scelerum conscientia, votum fecit Fortunæ
Antiati, vicina illi loco, tot se nummos delubro illaturum,
quot essent capita in navi. Idcirco defunctus hoc pericu-
lo, atq; in patriam Carseolas redux, votivam pecuniam
exsolvere constituit: atq; eam ob rem suscepto itinere Præ-
neste venit, in ipsâ viâ situm oppidum. Fuere eo loco o-
lim celebres Prænestinæ sortes, à Numerio Suffio in æde
Fortunæ constitutæ, quæ tamen eâ ætate in aleatoria peri-
clitamenta degenerarant. Illic depositâ apud tremati-
sten (ita præsidem vocabant sortilegii) definitâ pecuniæ
k
sum-

suminâ, conjectisq; per fritillum seu pyrgum talis, periclitatores ad punctorum numerum aut lucrum aut jacturam faciebant constituti in singula puncta pretii. Incessit etiam piratam lubido experiundi sortis aleam, deposuitq; sacrorum nummorum quadrantem: & jacto $\iota\omega\pi\acute{\iota}\omega$ recepit nummos septem, è quibus unus ex more cessit trematistæ. Denuò bessem relictæ deposuit, ac jactis volturiis, sex nummos recuperavit. Dato mox uno ex iis trematistæ, redintegavit aleam, deposito dodrante superstitis pecuniæ, & jacto Coo , quinq; nummos sortem tulit, è quib⁹ unum sibi reservavit præfect⁹. Deniq; ut rem summam ageret, deuncem reliquiarum deposuit; & cum Venerem speraret se jacturum, damnosi prosiluere canes. Itaq; inanem hunc fuisse jactum dolens, cum suum postulanti trematistæ nummum objecisset, loculos consuluit, quantum esset argenti superstitis. Invenit autem illic, quod Philosophi quamvis negent in rerum naturâ dari, in suis tamen plerumq; reperiunt manticis, nempe vacuum. Ergò igitur domum revorsurus, ac jam nil metuens latrones, Fortuna, inquit, Fortunæ suum abstulit: fuitq; $\eta\ \Theta\epsilon\acute{o}\varsigma\ \tau\eta\ \Theta\epsilon\acute{\omega}\ \lambda\acute{\upsilon}\kappa\omicron\varsigma$.

Quantum fuit votiva pecunia?

Esto 1 R. Deposito $\frac{1}{4}$ R, retinuit $\frac{3}{4}$ R. quibus accedere 6. Horum bes $\frac{1R+8}{2}$ rursus impositus. Reliqua ergò $\frac{1}{4}$ R + 2. Tum recepti nummi 5. Iterum deposito ex $\frac{1R}{4}$ + 7 dodrante, nempe $\frac{1R}{8}$ + $5\frac{1}{4}$, ac recuperatis 4, habuit aleator $\frac{1}{8}$ R + $5\frac{7}{8}$. Tandem deposito horum deinceps, scilicet $\frac{11R}{192}$ + $5\frac{5}{192}$ & dato uno, retinuit $\frac{1}{192}$ R + $\frac{27}{96}$ — 1: Quæ sunt æqualia. 0.

Addatur utrobique 1; erunt $\frac{1}{192}$ R + $\frac{27}{96}$ [1. Ablatis hinc & inde $\frac{27}{96}$, remanebunt $\frac{25}{192}$ [$\frac{1}{192}$ R. & 1R [100. Hic fuit numerus nummorum votivorum.

XLV.

XLV.

Τοῖχος τῆς Μεθάνης.

Ἐχθρὸς ἢ πικρὸν Μεθάνης ἄπο λαιγὸν ἀμῦναι,
 Πῦρ δ' ὕδωρ τε νέην ἤλυθον ἐς Φιλίην.
 Φλόξ πυρὸς ἀσφάλιον τείχος πέζοιο καθήση,
 ὕδωρ δ' ἀψαύσας νηυσὶν ἔδω κροκάλας.

Murus Methanensis.

Vicino Methane quò invidiata maneret ab hoste,

Ignem Vndamq; novo fœdere junxit amor.

Flamma dedit tutos terrestri à milite muros,

Littus at intactum classibus unda dedit.

MEthanenses, Argolicæ populus, peninsulam habitant ad promontorium Scyllæum, totius Peloponnesi maximè orientale. Hi Troezeniorum irruptionem metuentes, maceriam struxère è lapide coctili, ab extremo sinu Psiphæi maris ad apicem adversi sinus, qui est contra Apaturiæ seu Fallacis Minervæ delubrum, in Sphæriâ Insulâ. Ejus maceriæ particula etiamnum superstes cernitur; potissima autem pars in ruderibus jacet. Illæsa & integræ partes tres visuntur, intercurrentibus laceris ac solo æquatis membris. Et habet quidem earum altitudo duplum ac dextantem crassitie: longitudo autem primæ partis quadrupla ac vigecupla est altitudinis. Secunda autem pars in longitudine sextantem continet primæ; tertia ejus bessem. Trium istarum partium soliditas & universa moles est pedum 76296.

Cæterùm, ab extimo cervicis ad pedes 492, vetustas

k 2

omnia

omnia imminuit: inde maceria prima portio relinquitur: post eam $\sigma\epsilon\nu\omicron\iota$ sunt, seu angustia, ducentorum pedum, quæ solæ patibula fuerunt, & aditum concessere in regionem: ac porrò maceria inconcussa pars secunda. tum ulterius lacuna retrimentorum ad pedes 320: Dein iterum muri particula: ac deniq; ad sinus extremum, ruinarum vestigia apparent ad pedes 240.

Quæ fuit totius maceria longitudo? & quæ superstitum partium singulatim dimensio?

Pars prima esto $1R$: habeat secunda $\frac{1}{2}R$: tertia $\frac{2}{3}R$. Coniunctim $1\frac{5}{6}R$, æquales in solido 76296. Itaq; $1R$ [41616: Sextans 6936: Bes 27744, soliditas reliquarum partium.

Pro crassitie denuò ponatur $1R$: erit altitudo $2\frac{5}{6}R$. Longitudo primæ partis 68R: Hæc in se ducta efficiunt $\frac{1156C}{5}$ [41616: & $1C$ [216: ac R [6. Erit ergò crassities maceria 6 ped: altitudo 17: atq; area 102: per quam divisa 41616: 6936: 27744: efficiunt 408: 68: 272: longitudinem singularum partium. Coniuncte autem omnes partes, tam integræ quàm dirutæ, efficiunt 2000 pedes; quanta est longitudo cervicis seu Isthmi, inter utriusq; sinus extremitates.

XLVI.

Ἄλωα καὶ Κνίσα.

Φεῦ παιδοτρίβαι, τάλαον γένε, ἕς ἐπ' ἄλωαν
 Στήσε σχολῆς χαλεπῆ τῆ Διὸς αἴσα κακῆ!
 Οὐ τόσον σενάχιζ' Ἀλκμήνης κάρτερ' ἕός,
 Ὅσ' ὅτ' λεί ἡμῶν Βῆτα ἢ Ἄλφα μόνε.

Αμ

Ἀμφίρρυνιάδης σηκῶν ἄπο Φύρματα ῥίψας
 Αὐγεία, ἑκατὸν Φρὲν τὰ Φόρετρα βόας.
 Ἄλλ' ἡμῖν, δείλαιοι, ἐθήμονα δαῖτα λαβῶσι,
 Ἡ πρωκλῶν τίκτη κνίσα καρηβαρίην.

ALOA & CNISSA.

*Heu nimium infelix lacrumandaq; turba Magistri,
 Ad duras damnat quos Iovis ira scholas!
 Non tanto Alcides iudavit robore, quantum
 Augetur vester, dum docet Alpha, labor.
 Ille quod efferret validis fimeta lacertis,
 Centenos retulit, præmia digna, boves:
 At vos exiguae merituri juscula cœnæ,
 Hauritis nudas nare oculisq; nates.*

Miseriæ & infelicitatis plena est Ludimagistrorum con-
 ditio, qui præter Herculeos labores, & nauseam quo-
 tidianam, præmii loco plerumq; reportant odium & op-
 probria. Neq; foris tantum, & ab aliis contemptui ha-
 bentur, sed ipsi etiam semet crebrò ridiculos faciunt, &
 quam conservare debebant authoritatem, prostituunt;
 dum inter sese arietant capita, ac ferulam puerorum nati-
 bus destinatam stringunt in suos *συντρέπιας* & *ὀμοζύγους*. Cle-
 ombroti & Onomarchi exemplum, ab omni penè ævo vi-
 guisse simultates inter scholarum moderatores, edocet.

In Eleorum enim urbe, in plateâ quæ dicitur *Σιωπή*, id
 est, silentium, gymnasium fuit, *Ἄλωα*, id est, Area cognomi-
 natum, in quo docuit Cleombrotus Caulonis filius. Erat
 ibidem aliud Gymnasium seu schola, in vico Corcyreæ
 porticus, quam *κνίσαν*, hoc est, Nidorem, vocabant, in

quã Onomarchus Tripolites literas profitebatur. Hi duo æmulatione ducti mutuis se invicem convitiis perpetuò incessabant, & alternis scriptiunculis se provocabant ad altercationes. Onomarchus aliquando foribus Areæ hoc affixit Epigramma:

Αὐγείῃ σαθμὸς πάλισον ἔστιν Ἀλωά
 Ἀμφίρυωνιάδης δὲ Κλεόμβροτος, ὅς τ' ἀπομάξας
 Στλεγιδίοις, ἑκατὸν καθαρίζει Φόρτακας ὄνθῃ.

*Area par stabulo est Augeæ, ubi pigra juvençium
 Corpora centenium Cleombrotus usq; strigillans,
 Alcide similis, scabit atq; à stercore purgat.*

Quo Cleombroti discipulos vitulis comparat, Scholam stabulo Augeæ, Præceptorem Herculi, stabulum istud purganti. Cleombrotus in illum retorfit argutias; & ingenium Onomarchi subtentans, his ipsi versibus insultabat:

Κνίσαν ὀνοσασίης Ὀνόμαρχ' ὑπέροπλον ἀάζεις
 Φοιτητῶν πλῆθος καταλέξας. γνῶθι δὲ τῆτο
 Τριπλασίω τετρατῆν ἐπιθεῖς τριάκοντα πρόσαψον,
 Τόσον ὑπερβαίνειν ἑκατοντάδα δῆλον ὀράσεις,
 Ὅσον ἐμοὶ τὸν ἀριθμὸν ἐλάσσονές εἰσι μαθηταί.
 Τῆτο δὲ μὴ φρονέων ἔσαι Ὀνόμαρχ' ὄναρχ'.

*Nidorem ingrati spiras Onomarche bovilis,
 Discipulos numerans, quorum sic percipe summam:
 Triplo quadrantem socia, ac ter jungito dena,
 Sic supra centum nostras accrescere mystas
 Invenies tanto, quanto nunc linquimur infra.
 Si negat hæc se scire, esto hinc Onomarchus agaso.*

Qui-

Quibus versibus errasse ait Onomarchum in numero discipulorum: non enim centum ipsos esse, sed si triplo tanto forent, & quadrante plures, accederentq; insuper triginta, tùm tanto eos excessuros centenarium numerum, quantò nunc ab eodem deficiunt.

Quid regesserit Onomarchus, & num sese ab Onarchi seu Agasonis nomine vindicârit, proditum non invenio. Ne autem unà cum isto ad præsepia relegemur, quadraginta dicemus fuisse Cleombroti discipulos; *quod ita inquiretur:*

Esto numerus inveniendus 1 R. Ejus triplum, quadrans, & 30, faciunt $3\frac{1}{4}$ R + 30. Hæc tanto superare dicuntur 100, quanto 1 R est infra eadem. Auferatur igitur 1 R ab 100, relinqvuntur 100 — 1 R. Auferantur similiter 100 ab $3\frac{1}{4}$ R. + 30 relinq. $3\frac{1}{4}$ R — 70: quæ duo sunt æqualia.

Adjiciantur huc & illuc 1 R, & 70, fient $4\frac{1}{4}$ R [170. & 1 R [40. Hujus inventi numeri triplum 120: Quadrans 10: & 30 efficiunt 160. Quæ tanto superant 100, quantò 40 ab iisdem deficiunt.

XLVII.

Ἱερά νῆσ.

Νῆσ τριγλωχῖνι μάλ' εὐθαλόεσσα προσώπω,
 Εἰς ἄλλα πῆ κραιπνάς Θύμβρις ἴησι ῥοὰς
 Σὸν τύπον ἐλδομένη κεχαράχθαι Κυπρογένεια,
 Ὡσε γραφεὺς εἴη ἄξι' ἠδὲ πῖναξ,
 Αὐτὴ δὴ Δελτωτὸν ἀτειρέ' ἔνδον ὀλύμπῃ,
 Ἀνδρομέδης πυρρῶτ' ἀγχι χάραξε κριῖ.

Οὐτ'

Οὐτ' ἐντεχνοτέρα ἐδύναω χερὶ, νῆσε, γραφῆναι.
 Οὐτ' ἄλλη σῆναι μείζον ἔχουσα κλέε.

Sacra Insula.

*Insula quæ trifidæ vernas sub imagine formæ,
 Quæ Tiberis volucres in mare voluit aquas;
 Alma tuos pingi cuperet cùm Cypria vultus,
 Quò pictor, quò te digna tabella foret,
 Ipsa in flammanti pinxit Deltoton Olympo,
 Andromedæ plantas inter, & inter ovem.
 Non magis artifici pingi, sacra insula, dextrâ,
 Nec poteras sisti nobiliore loco.*

Quæ Tiberis in Mare exit, divergio suo Insulam efficit, sacram cognomine: quæ quia rosis & floribus vernans odorem gratissimum spirat, Libanus almæ Veneris appellatur. In littore Maris Aphrodisium est, seu delubrum Veneris Ericynæ. In occidentali ostio, Adonidis horti: unde viâ gammatâ per Aphrodisium itur ad divergium fluminis. Ab uno Insulæ apice, qui Hortos sustinet, ad divergium, spatium est funiculorum 165, quorum singuli viginti pedum mensuram explent. Ab eodem ad alterum Insulæ angulum, in quo pharus positus, funiculi 275: A pharo ad divergium, funiculi 220. Meruit hujus Insulæ amœnitas, ut ejus effigies à Venere depicta, & inter Astra locata dicatur: quâ intelligitur Trianguli sidus, Muthlehum vocatum, inter Almaac & Alhamel situm. Neq; enim à præstantiore artifice depingi, neq; loco excellentiore statui potuisset. Sed cœlestis imaginis finitionem Astronomis largiti, ipsius insulæ amplitudinem, & viâ gammatâ quantitatem explorabimus.

Esto

Esto pars $BD \perp R$: erit $DC \ 275 - \perp R$. Quadratum $DC \ \perp Q - 550R \mp 75625$, abstractum à quadrato $AC \ 48400$, relinquit $550R - \perp Q - 27225$: quod est latus AD . Similiter quadratum $BD \perp Q$, abstractum à quadrato $AB \ 27225$, relinquit $27225 - \perp Q$, quod est itidem latus AD .

Igitur $550R - \perp Q - 27225$ [$27225 - \perp Q$.

Additis utrobique; $\perp Q$ & 27225 fiunt $550R$ [54450 : & $\perp R$ [99. pars BD . Et ideo $DC \ 176$.

Porro quadr. $DC \ 30976$, abstractum à quadrato $AC \ 48400$, relinquit itidem 17424 : cujus $R \ 132$. Quod si lubitum est pro parte CD ponere $\perp R$. erit $BD \ 275 - \perp R$. Quadr. $BD \perp Q - 550R \mp 75625$, abstractum à quadr. $AB \ 27225$, rel. $550R - \perp Q \mp 48400$, latus AD . Itidem, quadr. $CD: \perp Q$. abstractum à quadr. $AC, 48400$, relinquit $48400 - \perp Q$.

Additis utrobique; $\perp Q$, & 48400 ; fiunt $550R$ [96800 , & $\perp R$ [175 ; pars CD : erit altera 99.

XLVIII.

Ταχύδρομοι.

Ὡς αἰεὶ τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον,
 Χωλῶ κυλλοπόδης εἶπεν Ἄγεις Κλυτίῳ,
 Ἐς Βρυσηάς ἢ Σμηνὸν ἐνάντιον ἴχν' ἄγοντες,
 Ἐν Θήρᾳ θοίνην ὡς λάβον ἐσπέρειον.
 Χαῖρ' ὅταν βαρυγῆνε, χ' ὁμόσολε μυρμήκεσσιν;
 Καὶ σεο κραιπνότερον γένασι δῶσθε μὲν.
 Οὐ τόσῃν βραδύτῃ ἐνὶ βήμασί μοι πόδες εἰλικον,
 Δώδεκα δὴ σαδίων πλεῖον ὀδευομένῳ.

1

Ἡμα-

Ἡμαῖ Ⓞ ἂν παρθεῖς διτριμοίριον, ἔσπερος ἐκλὸς
 Λέουσι Σμηναίης εἰν ἀγορῆσιν Ἄγιω.
 Σοὶ δὲ μάλα σενάχοντι βαρὺς μόγος ἄψευα μάρψι,
 Πλήν ὄθ' ἑὰς δοίη Μαϊιάδης πτέρυγας.
 Πρὶν γ' ἐλθεῖν Βρυσεῆας δ' ἐνθεν μὲνενεῖ κασιταρσοί,
 Τρὶς πένθ' ἐρπίσεις ἡμάτα καμνόμεν Ⓞ.

CURSORES.

Vt similem simili socium dare numina norunt!

(Claudus loripedi dixit Agis Chtio,

Dum Bryseas Smenumq; adverso tramite tendunt,

Et Theræ sero vespere conveniunt.)

Salveto ignavis formicas passibus æquans,

Et mage tardigrados disce movere pedes:

Bis senis stadiis iter est mihi longius actum

Quàm tibi, nec tantas est via passa moras.

Adde diei bessem, sexta me vespera lucis

Per Smeni cernet compita ferre pedes.

At tu, nî proles Cyllenia commodet alas,

Languida proluxo membra labore trabes:

Reptando ter quinq; dies sudabis, ut adsis

Istuc, unde citi me tetulêre pedes.

Quanam est oppidorum distantia?

Alterum ponam⁹ confecisse stad. 1 R: alterum 1 R + 20.

1 R stad. — 6 $\frac{2}{3}$ dieb. — 1 R + 20? F. $\frac{20R+400}{3R}$

1 R + 20 stad. — 15 dieb. — 1 R? F. $\frac{15R}{1R+70}$

Hæc

Hæc duo æqualia sunt; quia simul exierunt, ac simul
venerunt Theram. Adhibitâ æquatione inveniuntur 20
Q. + 800 R + 8000 [45 Q. Et 25 Q. [800 R + 8000; Et
1 Q [320 + 32 R. Hinc secundum Regulas Cossicas eruta
Radix est 40. Tot stadia confecit alter: alter 60. Ex quo
colligimus duo ista loca Bryseas & Smenum distare à se in-
vicem stadiis centum: Theram autem Bryseis stad. 60.
Smeno stad. 40.

XLIX.

Διαφόρα σπουδαί.

Ἐκ Διὸς εὐγενίης ἀριδείκετον αἶμα λαχόντα
 Λαμπόμενον τ' ἰδίων Φέγγει τῶν ἀρετῶν,
 Τόνδ' Ἐφεσος μῦνον κύδαινε, καὶ ἄξιον ἔγνω
 Γράμματ' ἐλευθερίᾳ δῖα μαθεῖν σοφίης.
 Δημοτικῶς δὲ πατρὸς παῖδ' ἔργ' ἐπέθηκε παλαίης,
 Καὶ καλεπ' εὐτελέος κύδεα πυγμαχίας.
 Ἀμέτερος τοῖσιν τῆναντίον ἔλλαχεν αἰῶν.
 Οὐτ' ἦθος Φημὴν νῦν τὸ παλαιὸν ἔχει
 Γράμμασ' ἀγενναῖος προσέχῃ καὶ Κασαλίδεσσι,
 Δεινὸν ἄορ Φάτνητ' εὐγενέεσσι μέλει.

Diversa Studia.

*Illustri si quis genitus de stirpe studeret
 Virtute ut celebres fulgeret inter aves;
 Hunc Ephesus solum hoc dignum censebat honore,
 Ut sophiam atq; artes disceret ingenuas.*

l 2

Tra

*Tractabat vili natus de plebe palæstram,
 Ancipites pugilum jussus adire scholas.
 Labitur hoc nostrum studia in contraria seclum,
 Nec mores, priscis qui placuere, placent:
 Castalias haurit plebeius Apollinis artes,
 Fit pugil, atq; olidos tractat Equestris equos.*

E Leutheria Gymnasium fuit seu schola apud Ephesios, in quâ nonaginta erudiebantur juvenes. Nobili sanguine orti litteras discebant & Philosophiam: Plebeij artem palestricam, & exercitia gymnastica. Illorum quilibet XX minas pendebat annuas, horum quisq; minas III. Exinde ad scholam redibant quotannis minæ mille.

Quot fuere singulatim Nobiles & Plebeij?

Sit 1R Nob. 90 — 1R Pleb. Illi solverunt 20 R min: hi 360 — 4R min. simul 16R. + 360 [1000. Ab-
 latis 360, rel: 16R [640, & 1R [40.

Fuere ergo Nobiles 40: Plebeij 50. Illi solverunt 800 minas, hi 200.

L.

Εἰς ἀδηφάγον Σίφωνα.

*Εἰ τόσον φρεσὶ ἢ ποσὶν ἰσχυεσ, ὅσον ὀδῶσι,
 Καὶ λαιμῶ, σίφρον, νηδύος εὐρυχανῆς,
 Δῆτα τάχῃ προμόλησας εὐγλωχίνας οἷσός,
 Καὶ μεγάλα μείζον ἦες Ἀριστέλης.*

In

In Gulonem Siphrona.

*Si tantum ingenio, Siphron, pedibusq; valeres,
Indomito quantum ventre gulaq; vales;
Currendo volucres posses superare sagittas,
Atq; fores magno major Aristotele.*

Siphron Astensis, homō voracissimus, in præsentiā Francisci Ducis Mediolanensis, uno prandiolo quatuor capones assos, quatuor perdices, quadraginta ova dura, libram veteris casei, pluraq; alia absumserat: discedens veniam precabatur, quòd perparum nec pro consuetudine suâ comedisset.

Idem iste Siphron Mediolani diversorium publicum ad Nolam auream ingressus, cum supra modum in cœnâ appositos cibos atq; edulia ingurgitasset, hospes ab ipso septem convivarum symbolum poposcit. Tot enim hominum officio probè in vorando functum affirmabat: quot, inquit, tu solidos asses minus quam quinquaginta solves, totidem solidos reliqui novem hospites supra 62 dabunt.

Quanti estimatum fuit symbolum cujusq;?

Sit excessus 1 R.

50 — 1 R symb. — 7 Conv. — 1 R? F. $\frac{17R}{50-1R}$

62 + 1 R — — — 9 — — 1 R? F. $\frac{9R}{62+1R}$

Utrumq; productum designat valorem R. Igitur 434 R + 7 Q. [450 R — 9 Q. Et 16 Q. [16 R. Et 16 R. [16. Et 1 R [1.

Quapropter pro septem convivis soluti sunt 49 sol. hoc est, pro singulis 7 solid. & sic pro 9 soluti sunt 63 sol.

13

LI.

LI.

Εἰς πολίωνα.

Τὸς σέο σκευωρῶ πρῶνας πείρα Σικιλίς,
 Ἡ πῆγ' ἀνθωσιν τῶ πολίωνῶ ἔχοις.
 Κάρτερον εὐριθένηι πέρ' οἱ βαλεῦ εἶλαρ, ἀγροϊκός
 Μή τις ἔσω προσὶν κηροφόροισι κίη.

In Poliona.

*Excutito tumulos, crebrosq; Siælia colles,
 Invenias si quo fors Poliona loco:
 Inventum valido claudas munimine, nequis
 Lethiferis subeat Rusticus hunc pedibus.*

MYsorum campus colliculum habet πολίων dictum; in quo planities maceriâ inclusa, in longitudine drantem λείγῃ, in latitudine bessem comprehendens; numeratq; ejus superficies ὀργγῶς quadratas C I O I O C C C .

Hanc areolam si quis ingrediatur perjurus, extemplò quasi exanimatus concidit; nec priùs ad se redit, quam ipsi nasus amputetur, & perforentur auriculæ.

Securiores sunt Siæliæ nostræ tumuli; qui si tam proxi essent in perjurii vindictam, quàm fuit Polion; pauci illic cernerentur integro naso illæsisq; auriculis Rustici, quibus ut plurimum jurare, & consultò pejerare, loquendi consuetudo est, & quotidiani sermonis appendix.

Quot ὀργγῶν fuit mensura λείγῃ? & quæ dimensio τῶ πολίωνῶ?

$\frac{3}{4}$ R, & $\frac{2}{3}$ R, ducta in se invicem, faciunt $\frac{1}{2}$ Q. [1800.
 Et I Q. [3600: cujus Radix 60. Tot ὀργγῶς habuit λείγῶ.
 Bes-

Bessis & dodrans ejus est 40 & 45, longitudo ac latitudo
 πολιῶν.

LII.

ὄν τετιμημένον.

Ναυπλία μωκᾶται, τὸν ὄνον φαίνοντα κλαδέυειν
 Ἡμερίδας, τιμῆς ἄξιον οἰομένη.
 Σκώπλεθω πλέον, ἡμιόνος τιμῆσι γεραίρων,
 Αἷς ἵππος γενετῆρ, ἡ γενέτειρα δ' ὄν.

Asinus honoratus.

Ridetur, docuit qui vitem incidere, asellum
 Quod non immerito Nauplia honore colat.

Ridetor potius mulos qui pronus honorat,
 Quæis Equus est genitor, mater Asella rudis.

IN littore Naupliensium, quæ iter est ad Lycymnam ar-
 cem, erecta cernitur moles, è quatuor cubis lapideis fa-
 cta, superantibus se invicem ad rationem laterum sesqui-
 alteram. Ea in soliditate habet pedes $43\frac{3}{4}$. Culmini
 hujus obelisci marmoreus insistit asinus, quem incolæ a-
 junt exinde hunc honorem adeptum, quòd Sarmentorum
 putationem primus monstravit: quippe cùm abroso pal-
 mite vitem feraciorem redditam viderint agricolæ

Ludibrio habentur Nauplienses, tantum honoris de-
 ferentes innoxio animali, abs quo artem docti fuerant,
 humanæ vitæ utibilem. Potiorè jure irrisionem & de-
 decus mererentur, qui prostitutâ auctoritate propriâ ab

exiguo lucro impelluntur, ut sinceri candoris prodigi, ignavos stolidosq; Mulos venerentur, quorum ingenium pecoris Arcadici stuporem longè superat, & à quibus nihil penitus in rem publicam privatamve redundat emolumenti.

Quæ fuit singulorum Cuborum dimensio?

Esto minimi Cubi latus 1 R. Erit secundi $1\frac{1}{2}$ R. Tertii $2\frac{1}{4}$ R. quarti $3\frac{3}{8}$ R. Singulorum soliditates sunt 1 C $3\frac{7}{8}$ C. II $2\frac{5}{8}$ C: $38\frac{2}{5}\frac{27}{12}$ C. Coniunctim $54\frac{107}{12}$ C. [$433\frac{47}{8}$. seu $\frac{37755}{64}$ C. [$\frac{37755}{512}$. Et 1 C. [8. cuius R. C. 2. minimi cubi latus: Idcirco

| | | | | | | |
|--------|---|------------------------|---|---------------|---|---------------------|
| habuit | { | Secundus - 3 | } | in soliditate | { | 27. |
| | | Tertius $4\frac{1}{2}$ | | | | $91\frac{1}{8}$ |
| | | Quartus $6\frac{3}{4}$ | | | | $307\frac{35}{8}$. |

LIII.

Εἰς Φυλλίδα.

Παίζει, καὶ τρυφερῆς Φυλλίς προσέχει νεολαίης,
 Ἐν Φιλότητι δ' ὅλην νύπτα παραδραθεῖς,
 Παρθενίην δ' ἔπω λυμαίνεται, αἰὲν ἀχραντῶ.
 Πῶς δ' ἄν; μήγ' ἀγνώ νίξεται ἐν Κανάθῳ

In Phyllida.

*Ludit, amat, juvenum consortia mollia captat,
 Et noctu Veneris praelia Phyllis init:
 Virgo tamen semper manet inviolata: quid istuc?
 An sese Canathi fonte lavare solet?*

Feli-

Felicitas prima est procacium & lascivarum juvenularum, si propalatum dedecus excusare, clandestinum dissimulare norint. Sed mehercules nullas parabit balneas $\pi\acute{\alpha}\rho\theta\epsilon\nu\textcircled{\text{C}}\eta\mu\alpha\tau\eta\eta, \nu\upsilon\chi\eta\eta\ \gamma\upsilon\eta\eta$, quibus eluere possit illutibilem animi spurcitiem. Et jam pridem exaruit ille fons, pudoris amissi integritatem restaurare creditus. Hic apud Nauplienses olim fuisse memoratur, Canathus nomine, & religioso cultu ab accolis observatus; in quem ajunt Junonem quotannis descendere solitam, & ejus adsperu atq; irroratione deperditam recuperare virginitatem. Quamobrem Argivorum urbes spirâ marmoreâ perfectæ rotunditatis illam clauserunt, ne abs quâ fœminâ adiretur. Sepimenti hujus formæ excellentia & materiæ nobilitate stupendi latitudinem tribus & semisse pedibus, aream autem seu superficiem pedibus quingentis, & semisse à menforibus definitam perhibent Junonis sacerdotes.

Quæ fuit Canathi mensura?

Sit $1R$ minor diameter: major $1R + 7$: Area istius est $\frac{1}{4}Q$. hujus $\frac{11Q + 154R + 539}{14}$: differentia $\frac{154R + 539}{14}$
 $[500\frac{1}{2}]$

Itaq; $7007 [154R + 539]$. Ablatis 539 , relinq. 6468
 $[154R]$. Et $1R [24]$. Tanta fuit diameter Canathi.

LIV.

Εἰς Σωσίπολιν.

*Συμπλοκίη ναῶν, τιμῆς τ' ἰσότητι γεραίρει
 Σωσίπολιν θ' Ἴηραν τ' Ἡλῖς Ὀλυμπιακῆν.
 Ἄν μὴ δῖα γονὴν παρέχει πόλει Εἰλήθῃα,
 Ἀσπισῶν σῆσει τήνδε χρόνῳ κενεάν.*

m

In

In Sosipolin.

Coniunctis templis, pariliq; coluntur honore

Lucina & servans oppida Sosipolis.

Hæc nisi succretæ producat germina pubis,

Vrbs tutore cadet mox viduata suo.

IN Eliacis Annalibus notatum reperimus, cum Arcades Eleorum fines hostiliter invalissent, contraq; eos instructâ acie Elei processissent, mulierem cum pendente ab ubere infante ad Eleorum duces venisse, quæ se quidem puerum illum peperisse dicebat, sed somnio monitam dare illum Eleis pugnae socium. Tum duces mulieri, fidem adhibentes, puerum nudum ante signa collocandum iussisse: impressione ab Arcadibus factâ, puerum in eorum conspectu in angvem mutatum. Eo prodigio hostes exterritos se protinus dedisse in fugam. Partâ victoriâ Deo isti à servatâ civitate Sosipolis nomen inditum: quoq; loco in cavernam visus fuerat, angvis se abdidisse, cōfecto prælio fanum erectum, ac simul cum eo Lucinae honores decreti, quod ab illa puerum in lucem editum arbitrarentur. Hoc Lucinae (Olympiam cognominant) & Sosipolis commune fanum ad Cronii montis radices situm, figurâ fuit quadrangulâ ac rectangulâ, longitudine 360 pedum, latitudine 240: divisumq; in duo sacraria: alterum DEÆ dicatum, in cuius anticâ parte ejusdem DEÆ ara, sexaginta pedibus ab extremo angulo remota, ubi virgines ac nuptæ sacra facientes omnis generis aromata adolebant: Alterum in ipso angulo Sosipolis aram habebat, ad quam accedere nefas, præterquam Sacrificulæ, quæ ingressa genium patrio ritu placabat, piamina offerebat, & apponebat DEÆ subactas melle offulas.

In-

Introitus autem utriq; delubro communis, in ipsâ intergerinâ maceriolâ factus, æquali distabat spatio ab utraq; arâ.

Quæ fuit singulatim sacrariorum dimensio?

Esto pars AB 1R. erit BC 360 — 1R. Quadratum AE 57600, junctum quadrato AB 1Q, efficit 1Q + 57600: æquale quadrato BE.

Quadratum DC 32400, junctum quadrato BC 1Q + 129600 — 720R, efficit 1Q + 16200 — 720R, æquale quadrato BE.

Additis 720R, & abjectis 1Q, & 57600: relinquntur 104400 [720R. Et 1R [145: portio AB: Igitur BC 215; & BD, ac BE, 280 $\frac{95}{112}$ ferè.

LV.

ῬΟΔΙΑ.

Παρθενικὴ εἰκὴν Ῥοδοῖς, Ῥόδον σὸμ' αἶρει,
 Τῶν τε Ῥοδῶν ὄσμην σκίδν' ἀπὸ πλοκαμῶν
 Ἄνδ' Ῥοδῶν προβαλὴν κενεῶνος ἔνερθεν ἀκανθας,
 Πᾶσα χόρης κῦδος σώζει' ἀπειρολεχθς.

In laudem Rosæ Cantiuuncula.

*Virgo Rosæ est similis; Roseum fert ore colorem,
 Et flavas roseo spirat odore comas;
 Sed Roseas imâ sentes si tenderet alvo,
 Damna puellaris non pateretur honos.*

FLorum omnium pulcherrimo & fragrantissimo comparari puellas tritum est & frequens apud Poëtas, qui-
 m 2 bus

bus *παίρθεν* & laudatur *ρόδοζρο*, *ρόδιῶπις*, *ρόδιόπηχ*. Ipsa etiam Venus *ρόδιήν Ἀφροδίτην* indigetatur: & lucos Deæ isti dicatas Rosis conferi ac circumsepiri jubebat relligio. In Cypro sanè Insulâ Veneri sacrâ, nemus est Idalium, in cuius meditullio planicies fuit quadrata, deliciis & amœnitate insignis, *ρόδιῶν* seu Rosetum indigetata, eò quod sepimento Roseo circulari formâ circumclusa esset. Istæ verò quaternæ portiones à quadrati lateribus intra sepimētum circulare seclusæ, & myrtis ac laricibus confitæ, in suâ areâ singulæ comprehendebant pedes 17150. In hanc planiciem quotannis descendebat puerorum ac puellarum impuberum è vicinis oppidis collecta multitudo, ut illic deliciarentur, & puerilibus se lusibus recrearent. Id autem fiebat mense Adoneo, cùm Rosa se primum explicaret, ac tum manibus invicem complexi, & in coronam concinnati saltitabant, Rhodia cantillantes, hoc est, cantiuunculam in laudem Rosæ, quas, si lubet, præcinentes voce & pedibus sequere:

Ἐγέρθη, ἐγέρθη ἕαρ & κλέ & ποθεινῶ,
 Διώνας, Διώνας σεφανηφόρος ἄθυρμα,
 Ναπαίων, Ναπαίων μέγα χλωρίδος τ' ἔπαινος,
 Φερίση, Φερίση βροτέων θεῶν τε τέρψις.

Ἵππλος Ἵππλος μαλακῆς παῖς Κυθήρας
 Ρόδειοις ρόδειοις ἐποκείμενο & κορύμβοις
 Καθεύδῃ, καθεύδῃ, φρεσὶ γρηγορῶν, δολῆς τε
 Ἀβέλοισ ἀβέλοισ κακομηχανᾶ νεοῖσι.
 Δικασῆς δικασῆς μακάρων χόρ & λογίζων
 Φιλόμβροισ Φιλόμβροισ βασιλῆα δῆνα ὄρχοισ,
 Καθέση καθέση ΡΟΔΟΝ, ἀνθέων ἀπάντων
 Κρατῆσαι κρατῆσαι κατὰ πωῦ κάττε κήπες.

Εὐ-

Ἐώης ἑώης ψεκάδεσιν ὡς ἑέρσης

Διανθὲν διανθὲν Φανεροῖ ἔρασον εἶδ'!

Ἴδ' πῶς ἴδ' πῶς ἀπαλὸν κάλυξ μεμυκῶς

Μυρόπνυον μυρόπνυον πλοκαμῶν ἀνοιγ' ἔρευθός.

Ἐπισχῆς ἐπισχῆς πυκινὰς βατῶν ἀκάνθας,

Φύλαξον Φύλαξον ὀδύνην Φέρειν χέρεσι.

Τί δαίσεις; τί δαίσεις; σέο κάλλ' ἔκ' ἰάψει

Ὁ τάρσος ὁ τάρσος βεβολιμένον χάμαζε.

Κυπρίσκῳ κυπρίσκῳ ἅμα λειριῶν τε δεσμῆ

Σελήσεις σελήσεις ἐπὶ παρθένων ἑδαίραις,

Καὶ αὐτῶ καὶ αὐτῶ κατατῆξι εὐγεραϊρὸν,

Κόρησιν κόρησιν χρόν' ὡς μαραίνει ἀκμήν

Reversa est, Reversa est ROSA honos decusq; Veris,

Diones Diones, ROSA Cypriae voluptas,

Lubido Lubido ROSA gaudiumq; Florae,

Deorum Deorum ROSA amor, amorq; nostrae.

Cytherae, Cytherae niveus puer Cupido

Rosarum Rosarum vasfer incubans corymbis,

Opertis opertis simulat quietem pupillis,

Procaci Procaci meditans dolos juventae.

Deorum Deorum meditata turba Regem

Volebat volebat statuisse flosculorum,

Creata est creata est Rosa punica imperatrix

Vt ostro ut ostro decorata sceptrum ferret.

Eoo Eoo vident ut rigata rore,

Amœnum Amœnum decus explicare gaudet?

*Vt udi ut udi Calyces hiant! nitetq̄
 Odro Odro coma purpurata cocco!
 Acutos acutos cohibeto pulcra sentes,
 Amicas Amicas neq̄ vulnerato dextras:
 Quid obstas? quid obstas? tua nunquam humi jacebit,
 Venustas Venustas, violata calce duro.
 Ligustro Ligustro sociata liliisq̄
 Pudicâ pudicâ radiabis in corollâ:
 Et istic & istic in honore langvesces
 Puellis Puellis uti prima marcet etas.*

*Quanta fuit hujus Roseti transversa longitudo,
 ceterarumq̄ partium dimensio?*

Esto Diameter AD, 1R: erit circumferentia $\frac{2\pi R}{7}$ &
 area $\frac{1}{4}Q$. Ejus quadrans AEBG $\frac{1}{8}Q$. Triangulum
 ABG habet $\frac{1}{8}Q$ (multiplic: $\frac{1}{2}R$ per $\frac{1}{4}R$) Hoc abstractū
 ab quadrante $\frac{1}{8}Q$ relinquit $\frac{3}{8}Q$, vel $\frac{1}{4}Q$. pars AEB.
 quæ etiam habet 17150. Igitur 1Q. [240100: Ejus Radix
 quadr. 490. Tot pedum est Diameter AD, vel BC. Area
 188650: Latera planiciei 346, 482.

LVI.

Ἴσον ἀνίσον.

Παίξετε Κύρραϊσις πεδίοις ἐνι, παίξετε κῆροι,
 Τερπόμενοι γλυκεραῖς ἠδὲ χοροσασίαις.
 Ἡμῖν ἐπικορτέεσιν Ὀρειάδες ἠδὲ Ναπαῖαι,
 Πᾶς τ' ἄλση ναίων κ' ἔρεα μαχρὰ θεός.

Μετ-

Μειλιχία σφετέρησιν εἰς ζευγνῦσιν αἰοῖδας,
 Δένδρω ἀνά τρύξει δάυλιας Ἴτω Ἴτυν.
 Φοῖβος ἀκερτεκόμης, Παλλάς ἢ δια Κυθήρη.
 Χαίρεσ' ἡμετέρων συμμετέχων χαρίτων.
 Ἠΐθεός Φοῖβω κυδα, τῇ Παλλάδι κέρη,
 Νικᾶ δ' ἰς χρυσηῆς Κυπρίδος ἀμφοτέρης.

Par. Impar.

Ludite Cyrrhæo turba innuba ludite campo,

In numerum celeres ferte referte pedes.

Vobiscum glomerantur Oreades atq; Naxæe,

Quotq; nemus, montes Numina quotquot habent:

Meilichia jungunt vestrae sua carmina voci,

Accinit è ramo Daulias Ityn Ityn.

Auricomus Phæbus, Pallas docta, alma Cythere,

Se vestro gaudent associare choro.

Phæbus amor juvenum est, colit innuba virgo Miner-

Aurea sed Divum vincit utrumq; Venus. (nam;

Site sepositis pauxillum rebus seriis spectatorem juvat esse ludibundæ juventutis, agè in Cyrrhæum campum mecum descende, in lucum θεῶν μειλιχιῶν. Jam convenère istuc puellæ juvenesq; impuberes, ἴσον ἀνίσον collusum, & particulam solido de die demptam genio istius atatulæ indultum. Omnis illa pubes in tres cohortes distincta cernitur: unam pueri complent, alteram virgunculæ, tertiam mixta utriusq; sexus turmula. Ac singulæ cohortes à numine aliquo sibi cognomentum adsumfere: illa Apollinem se vocat; ista Pallas dici amat, hæc Venus. Viden ut
 uni-

universis in ordinem dispositis, Apollo subsultās cantillet.

Δεῦρο Φιλὴ Μυκάλη, δεῦρ' ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρύλλι.

Huc ades ó Mycale, huc ades ó formosa Amarylli.

Evocans ad se duas è turbâ Palladis: quæ ubi accessère, iterum occinit Apollo:

Ἴσον ἰὼ ἔταροῖσιν ἐοῖς ἀπέθηκεν Ἀπόλλων.

Ἴσον Ἀθηνᾶς κάρτος ἐκηδόλω Ἀπόλλωνι

Phæbus io Phæbus sibi par ex impare fecit,

Æqualis Phæbo est numerus castæq; Minervæ.

Mox reversis in locum pristinum duabus illis, Pallas cōversa ad Venerem, similiter ex ejus sodalitia arcessit juvenem unum, unamq; puellam, ita tripudiando cantans;

Πέμφ' ἡμῖν Νεόβιν, πέμφ' ἡμῖν Ἀλφειβοῖον.

Da nobis Neobin, da nobis Alphesibæum.

Sine morâ transeunt istuc Neobis & Alphesibæus, iterantq; cantiunculam:

Ἴσον ἰὼ ἔταραῖσιν ἐαῖς ἀπέθηκεν Ἀθήνη.

Ἴσον Ἀθηνᾶς κάρτ' ἐκηδόλω Ἀπόλλωνι

Pallas io Pallas sibi par ex impare fecit:

Æqualis Phæbo est numerus castæq; Minervæ.

Postquam rediit ad suum ordinem biga evocatorum, Venus (illa ex utroq; sexu composita caterva) è consortio Apollinis duos citat juvenes hâc proclamatione:

Ἔρχεο Πάμφιλε καλέ πόθ' ἡμᾶς, ἔρχεο Χρύσα.

Pamphile pulcre veni, tecumq; adducito Chrysam.

Illi extemplò adsunt, & Veneri se sociantes, Pæanovum integrant:

Νίκη.

Νίκησας νίκησας ἐρωτότοκ' ὦ Κυθερεία,
Τριπλὸν γὰρ τεο κάρτε $\text{\textcircled{C}}$ ἐκηβόλω Ἀπόλλωνι.

*Vicisti ô Cythereia, ô casti mater amoris,
Nam triplo superat Phæbi tua turba cohortem.
Ita victrix Venus chorearum se ducem præbet;
Apollo & Minerva sequuntur ducti in Triumphum.*

Hic erat ludus teneræ ætatis, in loco mitibus Deis & humanitatis præsidibus dicato, quibus Deis nocturna sacra facere, & carnes hostiarum cæsarum antè exortum Solis absumere relligio jubebat.

Quot fuere in singulis catervis collusores?

Transeuntibus duabus à Pallade ad Apollinem, habebit Apollo $1R + 2$. relinquetur Palladi $1A - 2$: quæ sunt æqualia. Igitur $1A [1R + 4$.

Porro migrantibus duobus à Venere ad Palladem, nempe ad $1R + 4$, habebit Pallas $1R + 6$. relinq. Veneri $1B - 2$: Ideoq; $1B [1R + 8$.

Tandem transeuntibus ab Apoll. ad Ven. duobus, habebit Venus $1R + 10$. relinq. Apoll. $1R - 2$, quæ pronuntiantur esse in ratione tripla. Quamobrem $1R + 10 [3R - 6$ Adjectis utrobiq; sex, fiunt $3R [1R + 16$. Et $1R [8$.

Fuere igitur in sodalitie Apollinis 8: ad hos si transeant duo à Pallade, habebit Apollo 10: quæ sunt æqualia relicto Palladis: habuit igitur Pallas antea 12.

Ulterius transeuntibus duabus à Venere ad Palladem, habebit Pallas 14: quæ sunt æqualia relicto Ven. Igitur illi antea fuere 16. Quod si duo migrent ab Apolline ad Venerem, relinquentur Apollini 6: & possidebit Venus 18, quæ triplum sunt istius.

LVIII.

Εἰς Τυροφάγας.

Σηπεδονηθέντα ζωευλεμινθοδιώκτα,
 Σικωληκοτροφέες, θηριοσαπρόφαγοι,
 Σικωροπολοσπατιληπυραθηκοπροκακκαάσαι,
 Λαιμοβαρυδέζαι, πρωκτοχανισόπνοοι.
 Εἶπετέ μοι, τοῖς ἀμβροσίῃ τυρός ἐσι σεσηπώς,
 Οὐχ' ἡμῖν γλυκερὸν ναυτία νέκταρ ἔφυ;

In Caseovoros.

Rancidovermivori, viventecadauverilambæ,
 Lumbricocomedæ, putriligurriferæ,
 Latrinifæthircomephitistercorolentes,
 Oregravipeda, gutturimerdotrabi,
 Dicite, num vobis queis putri vermeli que scens
 Caseus ambrosia est, nautea nectar erit?

NON ideo pernas rejicimus, aut petasones abominamur, quòd ab animali sumpta sint, cujus ingluvies spurcissima quæq; & fœtidissima depascitur. Neq; ideo consortium aspernamur istorum hominum, qui putidissimum & execrabile cibi genus verminantem caseum, māducare non nauseant. Sanè nulla mephitis, nec virus ullum tam pestilentem efflat odorem, quàm putridi & cadaverosi casei sentina. Non omnis quidem caseus esui humano incommodus & nequam censebitur, sed vietus tantum & vermiculans: nam *χλωρὸς τυρός* tum hodie in usu est, tum apud antiquos in magno fuit æstimo, variaq; ex

eo

eo scitamenta & ciborum lautitias paratas legimus. Ca-
 terùm *χλωρός τυρός* non tantum est caseus musteus, & *νεό-
 πηλός* ἀπὸ γλυκεροῦ γάλακτος; sed etiam viridis; cuius modi ho-
 die in Bataviâ & Italiâ paratur: quo in genere Texellanus,
 Parmensis, & Lunensis excellunt. Iste *σελιώτης* ab Arte-
 mone appellatur, tanquam Lunatus, aut signatus imagine
 lunæ; sed rectius, ut opinor, *σελιώτης*; à *σελίω* sive apio aut
 petroselino, cuius succo tingitur. Apud Euripidem *τυρόν ὀ-
 πῖαν* celebrat Cyclops, cum ait: *ὃ τυρός ὀπίας ἐστὶ, ἔβροός γάλα:*
 quod Athenæus explicat *πεπηγμένῃ τῆς συκῆς ὀπῶ*. Omnis
 quidem caseus ὀπῶ seu coagulo densatur ac cōcrescit; nec
 inde species una peculiare nomen mereri potest, ut voce-
 tur ὀπίας; sed id genus casei dictum fuit ὀπίας, cui ὀπὸς *σκορῶ-
 δης* aut *σελίω* virorem contulit. Quod autem viridis caseus
 in usu fuerit jam à multis sæculis, ex eodem Artemone di-
 scimus, qui *μαθητικῶν* lib. 3 ait: *ἀσύμφορόν ἐστι τὸν ἠπατίζοντα
 (ζωμόν) ἀκατάλιον ὀπιλογέουσα. καθαρτικὸν γὰρ τὸ το, καὶ εὐφο-
 ποιόν. ἀσφαλές τερον δὲ πρᾶσειαν ὀπιλέειν, ἢ καὶ τῷ τυρῶ τὸ χλωρόν
 ὀπιφέρουσιν οἱ Τισσαῖοι.* Verisimile est *ἀκατάλιδας* hic intelligi
 baccas *τῆς ῥάμνης βαφικῆς*, seu spinæ infectoriæ, quarum suc-
 co, cum plenè maturuerunt, etiam hodie viridi colore
 tinguntur tragemata, & *τὰ ἠπατίζοντα*, hoc est, tremula ac in
 jecinoris formam cōsistentia juscula. Sed cum iste succus vi
 purgatrice præditus sit, torminaq; generet, salubrius esse
 ait *πρᾶσειαν* affundere, id est, tincturam è contuso mace-
 ratoq; porro factam, cuius adminiculo, in inficiendis vi-
 ridi colore caseis utuntur Siculi Tiffæi. Inter plures autem
 alias cupedias è *χλωρῶ τυρῶ* paratas, magni nominis fuere
 Thrjum & Candaulum, deliciæ eruditi palati apud ligur-
 ritores. Candaulum in hunc modum adornari præscribit
 popinarum industria; Carnis coctæ patella sumitur, cui
 adjicitur casei recentis orbiculus, & colostri ac pinguissi-
 mi

mi juris tantum, quantum ars structoria requirit: ut scilicet totius massæ parandæ quadrantem habeat caro, quintam partem caseus, octavam colostrum, decimam jusculum. Deinde panis triticeus infriatur ad siclicos septem; & mellis affunditur acetabulum. Chœrii itidem seu vulvæ porcinæ unciaë tres; anethi drachmæ duæ, Cythnearum, uvarum passarum unciaë duæ, totidemq; drachmæ, unâ cum ovo minutim contuso insperguntur. Atq; hæc vini & ταιείχ⁸ seu Salsamenti, è pisce partibus æqualibus macerata (quarum singularum pondus, quartam & decimam partem totius massæ complectatur) & Ἰππολίω seu omento involutæ in sartagine friguntur; quod edulium inter epulas primam laudem obtinebat.

Quodnam fuit partium candauli pondus singulatim?

Majores quantitates si ad drachmas reducantur, habebit panis drach. 14: mel drach. 18: chœrion dr. 24: uvæ dr. 18: ovum populariter pendet uncias duas, seu dr. 16: quæ unâ cum anethi drach. 2, conficiunt drach. 92.

| | | | |
|--------------|------------------|-------------|------------------|
| Caro | $\frac{1}{4}$ R. | Jusculum | $\frac{1}{8}$ R. |
| Porro Caseus | $\frac{1}{5}$ R. | Salsamentum | $\frac{1}{5}$ R. |
| Colostr: | $\frac{1}{8}$ R. | Vinum | $\frac{1}{5}$ R. |

Conjunctim f. $\frac{97}{120}$ R. \mp 92 [1R.

Abjectis utrinq; $\frac{97}{120}$ R. vel $\frac{27}{20}$ R [92. Et 23 R [11040: & 1R [480.

Fuit ergo totius massæ pondus 480 drach, seu librarum quinq;: & habuit caro libram unam & uncias tres: caseus libram unam, colostrum uncias $7\frac{1}{2}$: jusculum selibram: salsamentum & vinum, singula uncias quatuor.

LIX. Μισάων σήλα.

Τρεῖς πρότερον Μίσας, Μελέτην, Μνημὴν καὶ Αἰοί-
Οἱ πάλαι εὐαγέως τῖσαν αἰδοθέτα. (δὴν

ΕΝΝΕΑ.

Ἐννέα δ' εἶτα γέγοντο τὸν ὕνδ' ἐπιμέλπειαι οἴμας
Μησοπόλῳ, πενίη μὲν ἔλαυνόμενῳ.

Musarum Columnæ.

Treis primum Musas, Meleten, Mnemen & Aoeden

Fatidici norunt sæcula prisca gregis.

Post subiore novem: Penie nunc una Poëtis

Pauperis inspirat carmen inane lyrae.

ANtiquissimum sæculum tres tantum Musas cognovit, Meleten, Mnemen & Aœden: quibus nomenclaturis indicare voluerunt prisca ævi sapientes, in Poëta tres requiri animi facultates seu δυνάμεις, nempe τὸ νοητικόν, seu vim intelligendi, quæ μελέτη curâ & assiduâ exercitatione acquiritur; τὸ μνημονικόν, memoriæ dexteritatem, & ἐξηγητικόν, eloquentiæ suavitatem. Exinde posterâ ætate novem Musarum nomina coli cœpta, quarum θείῳ βεβολημένοι οἴσῳ, Poëtæ suos cantabant versus; & hodie divini vates carmina cedro dignissima posteritati tradunt. Verum ut nusquam tam feliciter adolescit seges, quin aliquid intermistum habeat lolii: ita nostro sæculo, sacro illi Poëtarum gregi sese adsociât Poëtastri, quos non Pieri⁹ calor, sed Musarum familiaris ac Pedissequa, Diva Penuria, & ille Magister artis, ingeniq; largitor Venter, negatas artifex sequi voces, ad versiculos conscribendos animat. Cæterum ut vetustiorum Musarum nomina & religiosæ erga eas venerationis monumentum ad posteros transmitteretur, Græci tres πῆλας seu Pyramides cum inscriptione singularum Musarum, in Bœotia prope Corycium antrum erexere: quibus pyramidibus imponi curarunt Sphæras æreas concavas, æqua æris crassitie, quarum diametri interne

cavitatis in proportione erant sesquitertiâ; ipsa aurem cō-
cavitas simul comprehendebat palmos cubicos $1017\frac{25}{387}$.
Pondus antè primæ ac minimæ sphæræ erat librarū $399\frac{1}{7}$.

*Quanta singularum Diameter? & quæ crassities
& pondus?*

Esto $1R : 1\frac{1}{7}R : 1\frac{2}{7}R$: vel $1R : \frac{4}{7}R : \frac{16}{7}R$.

Earum dimensio ex lege Sterometrica invenitur (si
nempe cubi earum ducantur in 11 , & productum divida-
tur in 21 .)

$\frac{11}{21}C$, $\frac{704}{387}C$, $\frac{45056}{137389}C$. Aggregatum $\frac{73083}{137389}C$.
[$1017\frac{25}{387}$ seu $\frac{376564}{387}$.

Factâ reductione fiunt $40871061C$ [8828149176: Et $1C$
[216; quorum radix cubica 6, est diameter cavitatis in mi-
nimâ Sphærâ. Igitur reliquæ duæ in diametro habuerunt
 8 , & $10\frac{2}{7}$; & prima quidem in cavo $113\frac{1}{7}$: secunda $268\frac{4}{7}$:
tertia $635\frac{407}{387}$.

Cæterùm æris Sphæram palmari diametro sex libras
atticas pependisse tradit auctor $\omega\epsilon\iota\ \acute{o}\gamma\kappa\alpha\ \sigma\upsilon\theta\mu\iota\kappa\acute{\alpha}$: Idcirco
primæ Sphæræ soliditas fuit palmorum cubicorum $86\frac{11}{21}$
quæ juncta cavitati ejus producit $\frac{1773}{21}$, dimensionem sci-
licet totius sphæræ, tam solidæ partis quam cavæ.

Hujus diameter per instituta Stereometrica invenitur
palmorum septem: à quibus ablata dimetiens $\tau\delta\ \kappa\omicron\iota\lambda\acute{\alpha}$, re-
linquit palmum unum: monstratq; crassitiem sphæræ fuisse
duorum digitorum. Ut reperiatur pondus, Sphæra octo
palmorū interi^o novem possidebit palmos unâ cum solido
ære; & ex legitimo calculo, in totâ dimēsiōne sphæricâ pal-
mos habebit $381\frac{6}{7}$: à quibus dempta cavitas $268\frac{4}{7}$ relin-
quit $113\frac{2}{7}$ palmos solidi æris; quorum sextuplum (nam pal-
mus 6 libras ponderat) 682 libr. demonstrat pondus istius
sphæræ. Ad eundem modum invenitur tertia ac maxima
sphæ-

sphæra in universa sua globositate claudere palmos $838\frac{719}{87}$
 unde ablatum cavum interius $635\frac{407}{87}$, relinquit $202\frac{502}{87}$
 palmos: quorum pondus est $1217\frac{61}{89}$ libræ.

Quamobrem concludemus tres istas sphæras areas pe-
 pendisse libras Atticas 2289, & selibræ ferè.

LX.

Εἰς Ὅμηρον, καὶ αὐτῆς ὁδοιπορίαν.

Δύσγνωστος, σκοτίας ἀφανέστατον αἶμα γενέθλης,
 Κῦδος ἔχεις, πάντων κείμενος ἐν σώμασιν.

Χρηίζων Χερὸς ἀλλοτρίας ἰθάυτορος οἴμῃ,
 Ἠγεμονεὺς πολέμῃ ἠγεμονεῦσιν ἔφους.

Εἰς μύχα πιερίδων, Σοφίηντ', ἀλαωπὸς, Ὅμηρε,
 Ἀνθρώποις δαΐδας πρὸ Φερες αἰθομένας.

Πατρίδα τίπτε τεὴν δίξῃαι, τίπτε γονῆας,
 Καὶ Θεὸς ὦν; τῶν ἔχῃ θεοῖσι μέλει.

In Homerum & ejus iter.

*Incerto cretus genitore ignobilis ortu,
 Illustris nomen nobile honoris habes.*

*Te regere ipsum ignarus, egens ductore viarum,
 Duxti magnanimos in fera bella duces,*

*Quà datur ad Sophien & sacras currere Musas,
 Præluxti lucem, lumine Homere carens.*

*Cur patriam? ignotos cur quæris dive Parentes?
 Non solita est talis cura tenere Deos.*

Ho-

HOmeri natale solum quodnam fuerit, incertum est & apprimè dubium: de eo enim contenderunt Σμύρνα, Ρόδος, χολοφών, Σαλαμῖς, χίος, Ἄργος, Ἀθήναι: nec ipse cuius-tem se vellet dici, usquam legitur professus. Incessit ipsi tamen desiderium cognoscendi patriam. Idcirco Apollinis Delphici Oraculum super eâ re consulens, hoc tulit responsum:

Ὅλβιε καὶ δύσδαιμον, (ἔφυς γὰρ ἐπ' ἀμφοτέροισι)
 Πατρίδα δίξῃαι. μητρὶς δέ τοι ἔπατρὶς ἔστι.
 Ἔστιν Ἴος νῆσος μητρὸς πατρὶς, ἣ σε θανόντα
 Δέξεται ἀλλὰ νεῶν παιδῶν αἰνιγμα φύλαττε.
 Νῦν δ' ἀπὸ τῶν τριπόδων λαβέ χρυσίον, ἄλκιρ ὀ-
 δάων,

Μητὲ περισεύσεις, μήτ' ἔδσσαι ἄρτι χατίζων.

Felix atq; miser (tibi fata utrumq; dederunt)

Tu patriam quæris: tibi matris, patria non est.

Insula Ios matris patria est, quæ morte peremptum

Excipiet: sed tu puerorum ænigma caveto.

Nunc quos dant tripodes cape leta viatica nummos,

Qui te nec ditem facient, nec prorsus egenum.

Hoc responso monere voluit Deus Homerum, ut desineret curarum investigandæ patriæ; eam quidem terram in obscuro esse, in qua sit progenitus, jam autem Insulam μητρίδα fore, quæ ipsum à Naturâ abdicatum veluti genitrix gremio esset susceptura. Ad istam ergò matrem suam properaret: illud unicè præcavens, ne de ænigmatis solutione nimium sit sollicitus, quod à piscatorum pueris propositum iri prædicit: nempe de venatura pediculorum effatum, Quod cepimus reliquimus; quod non cepimus nobis-

nobiscum portamus. Ac ne homo pauper sine viatico iret, jubet è tripode sibi sumere certum nummorum numerum, quorum summam litteræ non enuntiarunt, sed nobis reliquerunt investigandam. Confirmatus ergò hoc Oraculo Homerus, & adjutus divinitus monstrato viatico, iter suum ingressus est.

Agite Juvenes à Musis non alieni, præbeamus nos comites viro ab omni αὐτοκόοισιν ὕμνων, καὶ πατρὸς σοφίας indigebato: audiamus ejus cantiunculas hucusq; publicè nondum auditas, & vix ab invidendâ λήθης aquâ servatas.

Delphis abiens Homerus, multumq; hinc inde vagatus, Sicyonem properabat; & jam urbi propinquus hæc ἐπι cantare cepit:

*Ἄψα πόδες με φέρεθρον ἐπ' ἠγαθήην Σικυῶνα,
Εὐκτίμενον πτολίεθρον, ἀριστήων τρόφον ἀνδρῶν,
Δώματ' ἐς ἀμφιβόητα φιλοξείνων ναετήρων,
Οἱ ζῆνα ξένιον σεβέεσσι, δίκην τε πάρεδρον.*

*Vos ô excelsam pulcræ Sicyonis ad urbem
Me citò ferte pedes: juvat inchyta visere tecta,
Et lustrare viros, Xenii queis numina patris
Assiduè, & diæ Themidos sacra iura coluntur.*

Hic igitur substitit aliquandiu, donec dimidium ejus, quam acceperat pecuniæ esset insumptum. Interea tamen ostiatim carmina recitans, recuperavit nummos viginti.

Sicyone relicta Argos venit, atq; ibi quadrantem furorum nummorum impendit. Canens autem in foro ad virgam sequentes versus, à populo circumstante præmium accepit nummos quindecim.

*Χαῖρε μάλα κλυτὸν Ἄργος, Ἀχαιῖδος ἔθαρ ἀρέρης,
Οὐδέ τ' ἀτιμῆσαι ταλαπείριον ἄνδρα προΐκτην,
ο* Τῶ

Τῷ Διὸς αἴσα κακὴ ὀλοὴν ἐπέχευεν ὀμίχλην,
Ἐν σήθεσι δ' ἔθηκε μέλ' ὅ καὶ θεσπὶν αἰοιδὴν.

*Salveto terræ laus unica Aclaidos Argos,
Nec contemne virum, quem cassum lumine egestas
Improba sternit humi, sed mitia fata dederunt
Esse pio vati, ὅ modulos cantare suaves.*

Hinc abiit in Salaminem Infulam, ubi ignotus impendit
trientem pecuniæ suæ; Ac pridie quàm abiret, in Ajacis
templo ad aram confidens, circumfusæ plebi hæc cecinit:

Κρημνῶ τ' ἀρρήκτω τε βαθυρρόοι εἴλαρι πόντῳ
Τείχιζεν Σαλαμῖνα Ποσειδάων ἐνοσίχθων,
Ἐνναέτας δέ λήην πινύτῃς κρατερόφρονας ἀνδρας
Σωφροσύνην ἐδίδαξε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη.
Ἄλλ' ἄγεθ', ἡμετέροις ξεῖνονδέξαθε μελάτροις,
Δῶρα τ' ὀπάζεθε ξεινήια πολλὰ καὶ ἑσθλά.
Οὕτως γὰρ θεμὶς ἐσὶ Διὸς θεράποντα γεραίρειν:

*Mœnibus Oceani solidæq; crepidine ripæ,
Muniuit Salamina maris dominator ὅ undæ.
Omnigenas Pallas monstravit civibus artes,
Fudit ὅ astutam cauta in præcordia mentem.
Vos ὅ queis cordi est pietas succedere tectis,
Ne prohibete virum peregrinum, atq; hospite dignæ
Dona date. Hunc divûm famulus sibi postulat honorem.*

Cives miserti hominis, stipem largiti sunt sexdecim
nummorum. Porro è salamine solvens Athenas appulit,
ubi sextantem viatici universi in victum erogavit, quo-
dam die in Odeum deductus, ad Enneacrunum fontem se-
dit,

dīt; audiensq; Amphidaman unum è proceribus Atheni-
ensium, stipatum magno comitatu accedere, sublatâ vo-
ce ad eum modum cantillare cœpit:

Κεκροπίδων ναέτησι Φιλοξείνοισιν Ἀθηνῶν
Λαῶ Ἐρεχθῆσσι, θυγάτηρ Διὸς αἰγιόχοιο
Ἄλλοι τ' ἔρανίωνες ὁμοφροσύνην ὀπάσειαν,
Δηρόν τε ζῶειν, ἢ χρήματα πολλὰ ἀγεῖραι.
Ἀμφιδάμα δὲ μάλιστ', τὸν ἀργυρότοξος Ἀπόλλων
Στήσεν ὑπὲρ πάντων, ἔμενα κλυτὸν ὄρχαμον
ἀνδρῶν,

Κόσμησεν τ' ἀρετῆσι, καὶ εὐδικίῃ ἐρικυδέϊ,
Πλῆστον δ' οἰκαλέχευε, πόσον πάρος ἔλλαχεν ἔδειξ,
Ἀφνειῶς ζῆσαι, καὶ κάλλιστον ὄλβον ὀφέλλειν
Φωτὶ πολυπλάγκτῳ, τὸν ἢ Ζεὺς πολλὰ γεραίρει,
Καὶ μάκαρες Φελέεσσι θεοὶ, δωτῆρες ἑάων.

*Cecropiis sedem placuit cui figere Athenis,
Fortis Erechtei populus, tibi munera pacis
Cœlicolæ tribuant: largus tibi fundat opimas
Plutus opes, jungatq; tuas Concordia mentes.
Amphidamæ imprimis felicia comprecor; illum
Magnus amat, reliquisq; ducem præfecit Apollo,
Iustitiâ celebrem, & multâ virtute decorum.
Nempe hic dives agris, argenti dives & auri,
E locuplete penu largissima munera fundet,
Non indonatum passurus abire Poëtam,
Quem sors dura premit, cui Rex hominumq; Deûmq;
Turbaq; cœlicolûm favet, & sua dona ministrat.*

Amphidamas viro numerari jussit novem βῆς seu bo-
ves: Erat hoc monetæ genus apud Athenienses, duum
nummum valore. Ille igitur depromens aperiensq; lo-
culos, ita rursus inquit:

Δύσηνοι ὄχθητε θύρα ἀκτῆμον ἔρφα,
Βῆσι χαριζόμενα σαθρὸν βραχὺν ἠδὲ δοχεῖον
Ἐννέα, χρυσοκέρως, πόμποισι μέγανος ὄλβος,
Οἱ γέρας Ἀμφιδάμῃς ἠγῆτορες ἦεν ἐπ' αἴαν
Πατρίδ', ἀμηχανίης δύνατοι ἀπομοῖραν ἀλάληψιν.
Τῶ δὲ θεοὶ αἰῶνα τελεσφόρον ἀγλαΐην τε
Δοῖεν, ἢ Φαιδρῶ ποτὶ γῆρα ἔδὸν ἰκέσθαι.

*Pandite jam vestrum, loculi, jam pandite claustrum,
Ac bobus facilem ingressum præbete novenis,
Aurea quæis fulgent in divite cornua fronte,
Qui donum Amphidamæ, patrias me ducere ad oras,
Fortunæq; gravem poterunt avertere molem.
Olli fata viro felicia secula donent,
Iucundæ ut possit metam tetigisse senectæ.*

Tandem conscensâ navi in portu Piræo, jam secun-
do vento appulit, solutoq; naulo quinque nummorum,
quantum superesset pecuniæ secum putavit. Ac cum re-
perisset, duplum se habere ejus quod è Tripodibus acce-
perat, Delphos remisit sacrum Dei munus cum hoc elogio:

Δέξαι νῦν τὰ σέθεν ξεινήια δῶρα Ἀπολλων,
Οἷς πηρὸς σεο μάντις ἐχρήσατο, μήτ' ἀνελώθη.
Οὔπω δὴ γὰρ θεῖον ἀπόλλυται, ἔτ' ἀπορηῆσαι
Ἄνδρ' ἐδίδω ἀγαθὸν δὲ θεὸς τιμῆσιν ὀφέλλειν.

Phæ-

Phæbe, peregrino dederas quæ munera vati,
 Nunc recipe. Hæc non sunt usu consumpta frequenti:
 Nam neq̄ quod sanctum est, perit unquam, aut novit
 egenum

Linquere. Sic pulchrum est venerari numina diviūm.

Quid post illa Homero factum sit, Apollo vetuit pro-
 palare: jussit autem in munificentiam suam inquirere, &
 quantum vati suo è tripodibus concesserit, artificiose enucle-
 are.

Ponamus eum tulisse 1 R nummorum.

| | | | | | | | | | | | | |
|---------------|---|---------------|---|-----------------------|---|-----------------------|---|-----------------------|---|------------------------|---|-----|
| Sicyoni | } | impul- sit | { | $\frac{1}{2}$ R. | } | retinu- it ergò | { | $\frac{1}{2}$ R | } | & acqui- sivit | { | 20 |
| Argis | | | | $\frac{1}{8}$ R + 5 | | | | $\frac{3}{8}$ R + 15 | | | | 15. |
| In Salamine | | | | $\frac{1}{8}$ R + 10 | | | | $\frac{1}{4}$ R + 20 | | | | 16. |
| Athenis | | | | $\frac{1}{24}$ R + 6 | | | | $\frac{5}{24}$ R + 30 | | | | 18. |
| habuit igitur | | | { | $\frac{1}{2}$ R + 20. | } | $\frac{3}{8}$ R + 30. | { | $\frac{1}{4}$ R + 36. | } | $\frac{5}{24}$ R + 48. | } | |

Ablato naulo quinque nummorum, relinquuntur
 $\frac{3}{24}$ R + 43. Hæc quia duplum enuntiata sunt fuisse pecu-
 niæ è tripodibus acceptæ; æqualia sunt 2 R.

Ablatis utrinq; $\frac{3}{24}$ R, reliqua sunt 1 $\frac{12}{24}$ R [43. Et 1 R
 [24. Idcirco nummos viginti quatuor accepit: impen-
 ditque.

| | | | | | | | | | | | | | |
|-------------|---|----------|---|-----|---|-----------------|---|-----|---|----------------|---|-----|-----|
| Sicyoni | } | retinuit | { | 12. | } | acqui- sivit | { | 20 | } | habuit ergò | { | 32. | |
| Argis | | | | 8 | | | | 24 | | | | 15 | 39. |
| In Salamine | | | | 13 | | | | 26. | | | | 16. | 42 |
| Athenis | | | | 7. | | | | 35. | | | | 18. | 53. |

Pro naulo solvit quinque: idcirco retinuit 48: quæ
 sunt duplum nummorum priorum.

LXI.

Χερσίς πειρατήριον.

Δάφνην σείε τεήν, καὶ σευ μέγα κῦδος ἀρώγων,
 Ἐννεπέ μοι τάδε κρυπλά· δωΐη γάρ, ἐπεὶ θεός ἐοσι
 Τέτταρ' ἑλών, δῖς, τόσον ἔχω· τὰ δ' ἐναντία ῥέζων,
 Καὶ τρί' ἑλών, ἔτι πέντε μένψ. τάδε Φράζεο μάντι.

Ἀπόδοσις τῷ Ἀπόλλωνῳ.

Σχέτλιε, μὴ δωΐασαι βροτὸς ἄμβροτον ἕξαπατήσασαι
 Ἐν πεντηκοσίοις τρισὶ θ' ἑξήκοντ' ἐπαριθμῶν,
 Ἀντιδέχῃ πυκινόιο λόγῃ λύσει ἀγκυλομήθην.
 Σοὶ δ' ἀφελῶν ῥάβδον, σῦν ἑλίτον ἀνταποθήσει.

Chersiaë periclitamentum.

Concute Phœbe sacram, jubet hac tua gloria, laurum,
 Et mihi (namq̄ potes, Deus) hæc arcana reclude:
 Quatuor accipiens duplum remanere videbis:
 Sed tria conversim capienti quinq̄ supersunt.

Responsio Apollinis.

Improbe, non poteris mortalis fallere divum:
 Sexaginta tribus quingenta adjungito: Tali
 Obscura obscuro solvetur quæstio nodo.

Ac tibi pro ferulâ vindex blita porrigat Hermes.

Chersias litterator Mitylenæus, Apollinis Delphici
 numen exploraturus, hoc ipsi proposuit Problema

Δάφνην σείε τεήν.

Hoc


III.

Hoc Problemate enuntiare jubet numerum, à quo si quatuor auferantur, quod superest æquale sit duplo ablati. Ex aduerso autem sublatis tribus, relinquuntur quinque. Apollo vafriciem hominis astu pari elusurus, & subtilitatem pensaturus æquali solertia, ad hunc modum è cortinâ respondit: ΣΧΕΤΛΙΕ μὴ δύνασαι. Quo designare voluit, propositum quidem problema sub numero 563 comprehendi, sed obscuram & astutam quæstionem pari solutione repensam, & hostimentum esse dolum pro fallaciâ.

Adeste, Viri Arithmetici: ite in artis nostræ vindicias: explicitum reddite sultis hunc nodum. Qui solvet, illum laurea donabit Apollo: qui non faxit, ei pro radio Mercurius supponet sirpiculum bliteum.

Graviora Errata hæc sunt.


PAg. 7. lin. 5 lege remuneravit : p. 9. lin. 14: adde numero scripto, 6000: p. 13.
v. 15. prognata : p. 14. l. 26. pro 20 lege 24. p. 15. l. 22. securi : p. 25. l. 2. patri-
um: p. 27. l. 12. Cypselensi: p. 28. l. 4. pro 12. lege 72: p. 30. l. 5. δεοσθέν: ibid. l. 6.
παλαρῶ: p. 31. l. 7. ἔδωκε: ib. l. 22. ζεῖσον: ibid. lin. 24. ducentos stateras aureos:
p. 37. l. 9. Σκάφιον: p. 38. l. 18. Fabrateria. ibid. Frusino: pag. 40. lin. 5. & 8.
τῆς Κόρης: p. 41. l. 7. ἐπίτιχον: ibid. l. 12. προδοποιά: p. 43. l. 1. Χρυσόχοης:
p. 44. l. 5. Plute: ibid. l. ult. aureos: p. 49. l. 26. κρείσσ: p. 50. l. 27. rel. 14. p. 53.
l. 22. χρυσηλακάτω: p. 54. & 55. μητρυιά: p. 58. l. 21. pro 27, lege 72. p. 68.
l. 15. Hoc est: $5\frac{5}{7}$: pag. 81. l. 10. post illa 48400, hæc inferantur: relinquit 17424:
quorum Rad. quadr. 132, latus AD. Aut Quadratum BD. 9801, abstractum à qua-
drato AB 27225, rel: p. 82. l. ult. pro 1 R $\frac{1}{2}$ 70, lege 1 R $\frac{1}{2}$ 20: pag. 83. l. 21. avos:
p. 86 l. 3. Σιαιλίς: p. 88. l. 17. νύκτα: p. 91. l. 9. æquale quadrato BD: & hoc æ-
quale est quadr: p. 92. l. 24. ἐπικείλμος: p. 94. l. 22. Κυρραίσις: ibid. lin. 26.
ὀπικροτέσση: ib. l. 27. μακρῶ: p. 98. l. 3. πιλο: p. 100. l. 23. pro vel, lege relinq.
p. 102. l. 1. & 3. autem: ibid. lin. 19. pro 86, lege 66: p. 103. l. 4. æreas: ib. l. 10.
χερῶς & ἰθύνηρος: p. 104. l. 23. pro jam lege Ium: p. 106. l. 3. Achaidis: p. 108.
l. 19. pro jam, lege in Ium. p. 110. l. 5. δις τόσον: ibid. lin. 11. Σῶκος.



Epig. 16.




[Faint, illegible handwritten text and diagrams on a grid background. The text is mostly mirrored bleed-through from the reverse side of the page.]



A. Pertica quadrata.
B. Pes quadr.

A. Petalum, Tabula, λοπις.
B. Palmula, ἰμφοριθ.



Mensurarum
in Superficiebus
et Solidis distinctio.

A. Pes. □


B. Pollex.

A. Cubus, / 1 / 1 / 1 /
Pes Cubicus.




B. Tessella, Pollex.

A. Asser, δοξισ.




B. Trabecula, σωμαξ.

A. Scutula, πλινοδος.



B. Laterculus, πλινοθιον.

A. Pertica
Cubica



B. Cubus

QUADRANTES PEDVM

Argentoratensis.


Noribergensis.


Hollandici.




Parisiensis.


Venetiani.





Geometrici.







































Handwritten text and diagrams in the upper left quadrant of the map, including a rectangular box and some illegible script.

KARTEN

Datum der Entleihung bitte hier einstempeln!


4. März 2000

| | | |
|--|--|--|
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |
| | | |

SLUB DRESDEN

3 0381444

Antiqu. Rom. 366 m.



Anti
[illegible markings]